This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

680

2. e 30*b

Taylor Institution.

1860

6/— [illegible] 6 —

coll. i. perf.

COGITATIONES
CRITICO, PHILOLOGICÆ
DE
ORTHOGRAPHIA
LINGUÆ SVIO GOTHICÆ,
TAM RUNICA QUAM VULGARI,
A CORRUPTO *MEDII ÆVI STYLO* VINDICANDA;

OCCASIONE AMICÆ DISCEPTATIONIS,
DE PRONOMINUM *TU* ET *ILLI*
RECTIORE SVEDICA SCRIPTIONE
PER *DU* et *DE* QUAM *TU* et *THE*;

QUIBUS ACCESSERUNT
NON MODO
BREVIS EXPOSITIO
Convenientiæ RUNARUM Gothicarum
cum Litteris Ebraicis, Græcis et Romanis,

SED ET
SPECIMEN EXTEMPORALE
Harmoniæ Linguæ Mœso et ScandoGothicæ;
PRÆFIXIS PROLEGOMENIS
DE
Initiis et Migrationibus Gentium
ScandoGothicarum.

AUCTORE
ERICO JULIO BJÖRNER.

STOCKHOLMIÆ Typis LAURENTII SALVII.
MDCCXLII.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

SUMMÆ FIDEI VIROS ET

Illuſtriſſimum et Excellentiſſimum

BARONEM,

DN. SAMUELEM ÅKERHJELM,

Regiæ Aulæ Supremum MARESCHALLUM,
Judiciiq; Aulici PRÆSIDEM,

Mæcenates

Ejusd. Majeſt. Maximæ
REGIÆ AULÆ
Perilluſtrem et Genero-

DN. NICOLAUM

Regiique Cancellariæ
Illuſtres at-

DN. LEONARDUM KLINKOWSTRÖM,
DN. OLAVUM ESTENBERG,
DN. BARON. JOH. GABRIEL von SACK,

PATRONOS MAGNOS

Cogitationum ha-
pro hactenus
magnis et ex-
devote et
vene-
AU-

REGNIQUE SUIOGOTHICI
SENATORES PURPURATOS,
Illuſtriſſimum et Excellentiſſimum
DOMINUM,
DN. CAROLUM Ehrenpreutz,
Regiæ Reductionis et Liquidationis
Commiſſionis PRÆSIDEM,
Gratioſiſſimos.

et Magnæ Fidei Viros,
CANCELLARIUM.
ſiſſimum BARONEM,
von GEDDA,

Collegii CONSILIARIOS;
que Generoſos
DN. ANDREAM Skutenhjälm,
DN. BARON. SALOMON. von Otter,
DN. OLAVUM Ehrenkrok,

atque EGREGIOS,
rum Dedicatione,
in ſe collatis
imiis beneficiis,
ſubmiſſe
ratur.
CTOR.

Nec non

VIRIS

Nobiliſſimis, Ampliſſimis et Celeberrimis,

DNO JOH. GRAMMIO.
Regiæ Majeſt. in Dania Juſtitiæ Conſiliario, et Acad. Hafn. Græcæ Lingv. Profeſſori Ord.

DNO ALGOTO SCARIN,
Reg. Academiæ Aboënſis Hiſtoriarum et Phil. Civil. Profeſſori Ordinario.

DNO PETRO EKERMAN
Reg. Academ. Upſal. Eloquentiæ Profeſſ. Ordinario.

DNO JOHANNI BROWALLIO, S. Th. D.
Reg. Academ. Aboënſ. Phil. Natur. Profeſſ. Ord.

DNO JOHANNI FICK,
J. U. D. et Acad. Upſ. Secretario.

Fautoribus Optimis

Item

VIRO

Prudenti et Erudito

DNO BALTZ. SCHMER,

Amico ſincero

Hoc Opuſculum
D. D. D
AUCTOR.

Nobi-

Nobiliſſime Vir,
DNE ERICE JULI BIOERNER,
Regii Antiquitt. Collegii ASSESSOR.

Linguam patriam excolere varii varia ratione et diſpari ſucceſſu adgreſſi ſunt. Fateri quidem neceſſum habemus, negotium vix ultra proceſſiſſe, quam ut pæne in votis adhuc hæreamus; omnium tamen rectiſſime ſentire mihi videntur illi, qui ex antiquitatis potiſſimum theſauris ornatus hodiernæ dialecti depromere conantur. Hanc viam ingreſſus imprimis STIERNHIELMIUS noſter, in præfatione operis SVEA och GÖTHA MÅLES FATEBUR, magnificam nobis ſpem fecit, quam fatorum invidia longa deinde ſepelivit nocte; eandem vero in TE, VIR CELEBERRIME, reviviſcere, ego, ut pridem ſubolui, ita jam, præſenti ſpecimine certior factus, vehementer gaudeo. Plurimum autem ad cultum linguæ ſtudium orthographicum confert; quippe quod non tantum rectam, commodam et aptam vocum ſcriptionem inculcat, ſed etiam eo ipſo ad ſolidam ipſius linguæ cognitionem manuducit. TU vero multiplicem eruditionem brevi argumento complexus, & ab auctoritate lubrica medii ævi ſcribendi rationem ad genuinas origines revocans, egregio prorſus exemplo docuiſti, quantum hoc ſtudium & laboris ac induſtriæ requirat & apportet emolumenti. Conſtans nimirum, quam quærimus, linguæ noſtræ orthographia, ullo pacto obtineri nequit, niſi delectæ fuerint Regulæ fundamentales, ad quas ſe componere poſſint ac debeant Scriptores. Ita, me quidem judice, ante omnia in id incumbendum eſt, ut SCRIPTIO ipſa cum SERMONE et PRONUNCIATIONE, quam fieri poteſt adcuratiſſime congruat. Inſignis ergo eſt prærogativa linguarum SCANDICARUM, perinde ac FENNICÆ &c. quod pronunciatio literis ſit quam ſimillima, ut contra in ITALICA, GALLICA, ANGLICA aliiſque vitio verti poteſt, quæ obtinet, diſcordia oris et ſcriptionis; cujus rei ratio in eo quæri debere videtur, quod ſcriptores eandem fere orthographiam ſervaverint, licet tempus & uſus ſonos vocabulorum inflexe-

rit. Neque dialectorum in patria varietas multam pariet difficultatem aut in ſcribendo differentiam; ſive enim ad exemplum GRÆCORUM, cultiſſimæ gentis, ſuo ſcribere arbitrio quemlibet ſiverimus, neminem offendet quæ linguæ genium refert exigua diſſimilitudo; ſive propter negotia Reipublicæ commodior fuerit una, et per omnia æqualis ſcribendi forma, maximum valebit provinciarum mediterranearum auctoritas, minimum, quæ in celeberrimis commercio exterorum locis, obtinere ſolet mollis et delicatula a genio et ingenio Sueo-Gothico deflectens arrogantia. Abſit enim ut peregrinis, quæ cum moribus exterorum ſe intruſerunt, linguæ noſtræ deformationibus ſponte locum & civitatem concedamus, quantumvis idem ſubinde imperet ſuperbum aliquod cultioris et delicatioris vitæ exemplar. Exterminanda proinde erit omnis manifeſte Latinizans, Germanizans, Gallicizans etc. tanquam ab indole linguæ Hyperboreæ penitus abhorrens, ut loquendi ita et ſcribendi conſuetudo, genuina autem et Sueo-Gothica ſollicite inveſtiganda. Ubicunque porro SONUS et PRONUNCIATIO vel non ſufficit vel non obſtat, ſequenda illa eſt, quam DERIVATIO dictitat, ortographia. Utrobique autem utramque facit paginam LINGUÆ PRISCÆ COGNITIO, adeo ut eadem deſtitutus fruſtra in excolenda hodiernæ linguæ orthographia laboret; viciſſim vero, eo felicius collocetur hoc in puncto opera, quo magis ad antiquum ſermonem reſpectus fuerit habitus. Id ipſum illuſtri documento comprobat præſens TRACTATUS, ubi, ex occaſione diſſenſus de orthographia pronominum DU et DE, et multa in veteri literatura RUNICA deteguntur, et orthographia recentior a mediæ ætatis nævis, falſa auctoritate ſuffultis, vindicatur. Fatemur uſui parendum eſſe, qui ſi volet MULTA RENASCENTUR, QUÆ JAM CECIDERE, CADENTQUE QUÆ JAM SUNT IN USU; interim tamen neque RATIO penitus exulabit, ſed ea corriget, quæ uſus erroneus introduxit. Nihil ergo mihi magis in votis eſt, quam ut inſignem, VIR CELEBERRIME, qua polles in Etymologia et Convenientia linguarum, eruditionem, ſimulque Linguæ, qua omnes facile ſuperas,

Anti-

Antiquæ notitiam, horis ſubſecivis porro Vernaculæ cultui dicare velles; perſentiſcet inde Patria ſaluberrimos genuini ANTIQUITATIS STUDII fructus, et Lingua noſtra magnifice exculta multisque locupletata acceſſionibus immortales NOMINI TUO debebit grates. De cetero, VIR NOBILISSIME, ut ANTIQUITATES antea SVEO-GOTHICAS multoties ſtrenue adſeruiſti, ita in hoc etiam SCRIPTO literaturæ priſcæ præſtantiam et venerandam canitiem colluſtraſti, linguarum cognatarum præterea a matre divortium, et ſenſim contractum diſſimilem genium detexiſti, eoq́ ipſo et de ſcientibus rurſum optime meritus es, et ad evitandos ſolitos antiquariorum ſcopulos haud parum contuliſti. Imprimis autem placet verſionis ULPHILANÆ ſpecimen, quod apertiſſime linguæ MOESO-GOTHICÆ originem ob oculos ponit, et ſimul inſinuat linguæ priſcæ SVEO-GOTHICÆ intelligentiam ad recte exſcribendum et interpretandum illuſtre hoc pietatis MOESO-GOTHICÆ monumentum abſolute neceſſariam eſſe; adeo ut ex ſola hac verſione dijudicari poſſit, quam felices fuerint in ULPHILA interpretando poſiti labores. Sed, ne prolixiori loquacitati ſucceuſeas, ut eam amori ANTIQUITATUM Patriarum, quas et ego quondam juvenilibus ſtudiis leviter delibavi, atque affectui in TE meo condones oro. Vale. Stockholmiæ d. 2. Septembris A. 1742.

JOH. BROWALLIUS.

EIDEM

Ampliſſimo Domino Aſſeſſori!

DOlore toties percelli ſolemus, litterarum humaniorum omnes curioſiores, quoties cogitamus recogitamusque, præteriti temporis Antiquarios aurea non poſſediſſe vellera, quibus Jaſones invitarent, vel etiam amuleta ſua litteraria in fano Minervæ tam alte ſuſpendere nequiviſſe, ut ab invidiæ effreni rapacique turbine ſoſpites manere potuiſſent ac tuti. O! vos perverſo Libitinæ conſilio ſepultos

heroës

heroës, candidos, beatos; quorum ita peribit cum ſonitu memoria. Adeo ne veſtri temere ferent manes, ut ſcripta veſtra in æterna cedro, et ſi quid fuerit pretioſius, alioquin perennatura, cogantur jam tineas pavere et breves fieri piperis cuculli? O! et vos invidos obtrectatores, homines non veritatis antiquæ cupidos, ſed contentionis, Stygiis adeo purgandos aquis. At enim vero horum conatus ſatis frigidos eſſe, ecquis diffitebitur? attamen ſimul omnes boni fateantur neceſſe eſt, vel Neronianas thermas, quod ait Martialis, refrigerare poſſe eorum conſilia, qui ſolo fere exteris placendi ſtudio, exiguique adeo lucelli ſpe ducti, monumentorum SvioGothicorum γνησίως antiquam faciem novitia ceruſſa oblinire, immo luxare geſtierunt. Pia nimirum hæc fraus eſt, eos præſertim infeſtans, quos, dicente Lucano,

conceſſa pudet ire via, civemque videri;

Hoc eſt, quibus propriæ ſupellectilis ſordeſcit abundantia, alieno autem in agro ſemper videtur fertilior ſeges; quosq; proinde illis non diſſimiles putaverim, qui, cum ipſi imbelles ſint pugnatores, pro muro aheneo, pone luteum maceriem ſeſe magis tutos fore mirabili veſania credunt; cupientes tamen turpis fugæ culpam ἀβάφῳ veſtire, duplicem puta, apud hoſtes mereri purpuram, unam genti ſuæ, alteram ſibi ipſis. Tu autem, Nobiliſſime Domine, *horum curam præpoſteram generoſe contemnendo, macte virtute eſto propria, nobisque antiquitatum patriarum candidis æſtimatoribus, perge plura ingenii indies floreſcentis pignora ſuppeditare! Sic ſentit, ſic optat*

Ampliſſimi Nominis Tui

Cultor indefeſſus
H. H. HOEKERT.
M. A. A.

Prolegg.

PROLEGOMENA
De
INITIIS ET MIGRATIONIBUS
GENTIUM SCANDO-GOTHICARUM.

UT ex initio hujus opuſculi videas, B. L. exiguis id ipſum crevit initiis. Scilicet, cum me, ad grata Lœſſtadenſis prædii Tempe, ante triennium optato commorantem (*a*) Juleæ calendæ a ſeverioribus Muſis diutule detinerent, convivioq́ adeo fruerer ac amicitia Generoſi Doctique CAROLI DE GEERII, REGIÆ MAJESTATIS CUBICULARII Solertiſſimi, inter alia aliaq́ colloquia, ut inter geniales Muſas fieri par eſt, de curioſis inſtituta literis, mentio quidem injecta fuit ORTHOGRAPHIÆ SVIO GOTHICÆ, quam digniſſimam putabamus, quæ fundamentis ſuis innixa regulisq́ corroborata certis, accurato DOCTORUM PROCERUM examini ac judicio ocyus ſubmitteretur; Sed illam leviter tunc tactam, Platonica cœna, proximo Februario in ϛοα quadam Amicorum Stockholmenſi, graviore retractavit ſtudio. Ibi enim adeo aberat, ut inter orthographicos modo limites noſtra ſeſe contineret diſceptatio, ut, cum latius multo exſpatiaretur, Scando-Gothicæ hodiernæ fundamenta et regulas, ad genium puritatemque veteris idiomatis, quo Runographi olim uſi ſunt, qua fieri poſſet, æquitate ac ſolertia, gnaviter eſſe exigendas, Doctus ille Conſeſſus decerneret ac juberet.

(*a*) Invitavit nimirum, quem laudatus DN. CUBICULARIUS ſuarum officinarum ac prædiorum induſtrium, nec, ſane, ineruditum conſtituerat Directorem, Affinis meus dilectiſſimus dn. ERICUS TOUSCHERUS; cujus etiam honeſto deſiderio, *Lœffſtadenſis* et circumjacentis territorii *antiquitates* ac *monumenta*, deinde ſtudioſe conquiſita, ego, in amicitiæ DE GEERIANÆ memoriam perennaturam, nuper ita ſuccincte deſcripſi, ut typis jam parata ſint publicis.

Adeo et ego iſtam linguæ noſtræ prærogativam, in præſenti opuſculo, ex Runographorum uſu paſſim quidem commendavi, quam tamen jam, ab ipſa GENTIS ANTIQUITATE generatim aſſerendam præfigere volui. Enimvero omnes judicio vel tantillo præditos των αμφων largituros ſpero, (*b*) ANTIQUARII, PRÆROGATIVAM GENTIUM (*c*) adeoque et LINGUÆ,

 rite

rite inquiſituri, præcipuas inter VIRTUTES et hanc ponendam eſſe, ad remotiſſimæ ætatis monimenta, ſi qua vel minima adparuerint, oculis reſpicere ſangvine ſuffectis et igne; qui vero ſecus faxit, novaturientium, puta, maxime adhærendo placitis dicam, an cupediis, ſive ob aſſenſum a pigellis ſpecioſi GALANTISMI (d) aucupatoribus, qui antiquitates malunt obterere quam excolere, callide eliciendum; ſive ob adverſariorum, ad quos timidus exhorreſcit, animadverſiones evitandas, perbelle ad hujusmodi hominum mentem quærente Perſio: an erit, qui velle recuſet os populi meruiſſe? illum eo majori infamia ab omnibus probis et induſtriis duco notandum, quo, præter deteſtabilem prorſus veri, in obſcuro latentis, fugam, minori ei conſtat ſtudio ac opera, ex muſtaceo, h. e. obvio novitatis cupidorum, qui ſponte, fungorum inſtar, enaſcier ſolent, cadurco, laureolam acquirere, qua oculos magis quam animos paſcat generoſos.

(b) *Remotiſſima*, eaque vel *minima*, antiquitatis *veſtigia* a ſeduſo Antiquario eſſe venanda, jam pluribus contendi in Introductione ad antiqq. Hyperb. Goth. p. 99. (c) *Prærogativam antiquitatis gentium*, non ſolum cum Cl. Beckmanno in Analectis hiſt. p. 29. de *citiori* in regiones quascunque ſuas *adventu* capimus, ſed et de *priori Reipublica conſtitutione* et *imperio*, unde et *lingua* gloria dependeat neceſſe eſt; præcipue ſi conſtet, eam ſibi maxime *integram* conſtitiſſe, nec ab exterarum gentium immigratione fuiſſe corruptam. Vere utique Iſocrates, Orator prudentiſſimus, laudante Conringio in Excerptis et Proœmio ad Tacitum p. m. 307. pronuntiavit: *Ea demum civitas felix habenda eſt, non quæ a promiſcua hominum colluvie multos cives temere colligit, ſed quæ antiquiſſimas et optimas familias maxime conſervat.* (d) De *Galantiſmo litterario* optime egit Hubnerus in Miſcell. Lipſ. T. IV. obſerv. 77. p. 71. ſeqq.

Hinc ut origines gentis noſtræ prælibem, neminem hiſtoriæ antiquioris impendio peritum fugere poterit, JAPETIDARUM, ex vaticinio Noachi latiſſime diffundendorum (e) THUSSOS ſeu Tuſcos, Thuſſa ſ. ThyrſaGetas, Titanes, Thyrrhenos, Teutones (f); SCYTHAS ſeu Citthæos, (g) Getas, Gothos (*); KERBERIOS ſ. CIMMERIOS, Cimbros (h) Cambros, Cumeos ſ. Cumanos, Umbros, (i) Gallos ſ. Celtas (k) Germanos, Hermiones; ASCANIOS, Oſcos, Scanos, Aborigines noſtros fuiſſe; et quidem ex TRIPLICI, quæ ex NOACHO

illo

illo ſ. Nockuo, Bergelmo et Deucalione (*l*) deſcendit, JAPETI ſ. Saduri, Saturni, Buri ſ. Urani, (*m*) alias Fornioti ſ. Phoronei (*n*) progenie, quæ et Græcis primos dediſſe videtur reges: I. MAGOGO ſ. Ogo, Ægiro, Nikudo ſ. Nipturo et Hlæro, Neptunoque; Boreo ſ. Borea et Noro, vel Odino priore (Thori ſ. Joſuri, Jovis, patre) h. e. Prometheo Japetionida. II. GOMERO ſ. Gymero, Karo ſ. Kallo. III. ASCHENAZE ſ. Aſco, Manno, Logo. (*o*)

(*e*) *De vaticinio Noachi*, poſt D. Calovium in differt. de habitatione Japheti in tabernaculis Semi, Reſp. J. D. Salonio Dalek. Sveco, omnium optime ſcripſiſſe mihi videntur Bechmann. in Anall. hiſt. p. 23. ſeq. et Zornius in Erœrterung der ſchwerſten Schrift-ſtellen im Alt. Teſt Erſt. Theil. p. 1126. ſeq. (*f*) *Thuſſorum* ſ. *Titanum* ſator, *antiquiſſimus* omnium *Thuſſi* ſ. *Dis, Teuto*, in Edda, et a Cæſare in bello G. atque Tacito in Germ. memoratur, cfr. introd. pp. 31. 33. 61. ſeqq. 163. 167. 198. ſeq. 209. addito Leibnitio in Appendice notarum Dithmari ad Taciti Germ p. 283. Rudbeckio in Atlanticis paſſim, Lagerlœfio in diſſ. de antiquitate Sueon. p. 14. ſeq. (*g*) *Citthijim* ſ. *Kitthaos*, gentis non viri vocabulum (vid Hilleri Synt. Herm. p. 132.) a *Scythica plaga* ſic vocatos fuiſſe, licet Græcis ſ. *Iavanitis, Ionibus*, inde prodeuntibus, ea tribuatur paſſim appellatio, adverſariorum remotis objectionibus, probavit Rudb. T. III. pp. 343. 360. ſeqq. coll. introd. pp. 11. 33. 55. 127. 179. (*) *Getas* et *Gothos* eosdem fuiſſe; præter Rudb. in Atlanticis, Boxhornius in Hiſt. univ. Loccenius in Antiqq. Sv. Goth. Colbergius in tr. de Monarchia Sv. Goth. omnium autem optime Sheringhamus in Orig. Angl. pp. 179. ſeqq. 186. coll. 318. 143. docuere; vid. etiam Prodrom. noſter p. 12. introd. p. 193. inprimis Illuſt. Peringſkiœldii nott. in vit. Theod. pp. 343. 374. 437. (*h*) *Kerberos* ſ. *Cimmerios* in ſeptentrione noſtro recte collocari, idem aſſeruit Rudb. T. I. cc. 20. 21. 22. ut et in ſq. T. T. coll. indicibus et præf. ad T. III. præſertim Wildii, Bajeri ſententiam refutantis, Præpar. Hodog. ad introd. Puffend. *Cimbros* autem et Suediam et Jutiam agnoſcere patriam, fatetur cel. Torfæus in Hiſt. Norrig. T. 1. p. 123. (*i*) *Cambros* fuiſſe *Cimbricam* progeniem nemo negaverit; *Cumæorum* vero vel *Cumanorum*, *Umbrorum*, uti *Aſcaniorum* *Oſcorumque* Scythicas origines, videas ex M. Catone et aliis in Introd. pp. 31. 33. 163 165. 171. 177. 179. 181. 213. 219. (*k*) *Celtas* ſibi ipſis *Gallos* vocatos, teſte Pauſania in Atticis; e noſtro ſeptentrione migraſſe, evincente Rudb. T. 1. c. 18. coll. indicc. ad TT. ſeqq. Spenerus in Germ. L. VII. p. 127. L. IV. p. 160. non diffiteri potuit, quod et antea fecit Sperling. in Novis litt. Mar. Balth. Anno 1699. p. 174. cfr. introd. pp. 17. 19. 31. 171. 177. 213. (*l*) De *Nockuo* et *Berghelmo*, immo *Deucalione* ex Edda et Luciano) nec non de memoria *diluvii* univerſ. maxime a noſtris conſervata, videas introd. pp. 63. 173. 177. (*m*) De *Saduro* et *Buro* ex Edda transegit Rudb. paſſim, (*n*) de *Forniotero* ſ. *Phoroneo*, non modo ex Origg. Norrig., quas primo loco in Volum. meo Hiſtor edidi, ſed et ex Græcis Scriptoribus itidem in introd.

pp. 4. 11. 63. 170. 175. 179. egi. *Neptuno*, ut *Japeto*, vel *Magogo*, nobis Ægiro vel Nikudo et Hlæro, tanquam maritimo, *occidua Europæ loca* contigiſſe, etiam ex ſcitis veterum Poëtarum probant Voſſius in Theol. gent. l. 1. c. 15. Bochartus in Phal. lib. 1. c. 1. Seldenus in Mari cl. L. 1. c. 18. Rudb. T. III. cap. 10. & 11. Ne dicam conſtare, *Græcos* primos ſibi tribuere *reges eosdem* cum noſtris *aboriginibus*, ut *Ægialeum*, *Cara* et *Locrum*, vid. introd. p. 11. cfr. quæ ſupra de Kitthæis diximus & infra §. ſeq. (o) *Triplicem* illam *prolem* de cetero explanavit tract. mea MS. de Aboriginibus, et quidem ex Origg. Norrig. et Edda, coll. Orpheo, Homero, Heſiodo, Pherecyde, M. Catone, Herodoto, Diodoro Sic. Strabone, Plutarcho, Pauſania, Apollodoro. vid. interim introd. p. 11. 31. 61. ſeqq. item Peringſk. Geneal. Chriſti Servat. p. 12. ſeqq. Zentgrav. diſſ. de Gomero contra Kriegsmanni Conjectanea. *Genealogias* autem *trium* iſtorum *Satorum*, quamvis ſæpius interrupta, tamen haud contemnenda, ſerie tradunt dictæ Origg. cum Edda collatæ. *Illa* quidem *Norrigicam* per *Karum* ex Kuenlandia ſ. Oſterbotnia et Gotunheimia deductam; *hæc* autem *Svio-Gothico Danicam* per *Ægirum* ſ. *Odinum* priorem, *Bori* filium, cfr. Peringſk. Geneal. Regg. Sv. Goth. l. c. et Torf. Hiſtor. Norrig. T. I. p. 137. ſeqq. 148. ſeqq. qui licet defectum graduum recte agnoſcat, *Fornioterum* tamen Regi noſtro *Gylfe* male facit æqualem, cfr. introd. p. 4. ſeqq. Wildii Hiſt. Svec. Pragm. p. 101. ſeq. præſertim tract. mea de Aborigg. Hyperb. Quamvis non diffitear, Rudbeckium in Geneall. ſuis, quæ T. III. maxime IV. inſertæ ſunt, omnium mihi ſatisfeciſſe optime. Interim qui his rite uti velit Geneall. ſciat *poſteriorem Odinum*, *Frialafi* filium, cujus majores Peringſk. L. c. et Torfæus L. c. p. 137. dedere, prioris iſtius, Bori filii, ejusq; nepotum nomina et res geſtas ſibi arrogaſſe, v. Prodromum meum p. 21. & Torf. l. c. Quæ tamen nomina & res geſtas, ego ab invicem ſeparare ſtudui in hiſtoria mea Critica ſcriptor. Sept. MS. addito Genealogico Odinianorum Schemate.

Neque mirum, quod remotiſſimæ adeo memoriæ gentibus, patria noſtra contigerit habitanda, cum primi SCYTHÆ, TITANES, CIMMERII et THRACES ſ. PHRYGES (*) comitibus JAVANITIS ſ. IONIBUS ac PELASGIS ÆGIALEIS, (p) quos omnes nonnulli haud infimæ caveæ Critici, in Araaritica regione a Semitis et Chamitis SEGREGATOS fuiſſe, veroſimiliter contendunt (q) ex iis terrarum anguſtiis, quæ ſunt inter PONTUM EUXINUM et MARE CASPIUM, juxta CAUCASUM orientalem (r) ubi ARAXIS et PHASIS fluunt (s) erupiſſe omnino videantur; ideoque, ex Divino decreto, Europam obtenturi, non mox, ſuperato Phaſi montibusque intermediis, in ASIAM MINOREM properaſſe, quæ non modo humilior erat, adeoq; tum habita-

habitationi citæ inepta (t): ſed et Chamitarum Lydiorum et Lyciorum, immo Colchorum Africanorum; deinde tam Phrygum ex Scythia, quam Ionum ex Græcia profectorum (u) ſedes fuit veriſſima; quin potius EXPEDITISSIMA via, juxta Caucaſum paulo in BOREAM, adeoq; ultra Pontum Euxinum flectendo, certiſſimis ſe commiſiſſe ὁδηγοῖς, fluviis TANAI, RHA ſeu VOLGÆ & BORYSTHENI. Quos tamen, ut & cæteros numero haud paucos rapidiſſimos latiſſimosq;, ſaltem aborigenes noſtri, illico tranſiiſſe nulli poterant, (x) in THRACIAM, quæ Græcorum fuit SCYTHICA VIA (y) demigraturi, multo minus in POLONICAS et GERMANICAS terras penetraſſe, utpote quacunque patuerunt, HERCYNIÆ SALTIBUS, inde ab antiquiſſimo ævo, (z) occupatiſſimas. Quin, cum NOMADES l. Pelasgi eſſent omnes, victu, quem eis natura ſponte produxit, parabili contenti, ad MONTANA et PASCUA maxime contendiſſe loca, concipiuntur, quæ avibus & piſcibus abundantia, pecudibusq; aptiora, auram eis funderent ſalubriorem, et vitam redderent commodiorem (a). Adeo vel in SCYTHIA illa MAGNA ſive SARMATIA EUROPÆA, perdiu fuiſſe commoratos, vix vero adparebit ſimile, conſideranti ejus LEVISSIMAM, omni, antiquiore præſertim, tempore, CULTURAM, dum quidem, inſtar Germaniæ, ſylvis horrida vaſtiſſimis, PRIORIBUS NOMADIBUS Scythis et Græcis in Americam, Scandiam, aliasque orbis Europæi regiones, dudum inde migrantibus, POSTERIORES, qui iſtorum reliquias abegerunt, Sarmatas ſ. Venedas, Sclavos, aliosque infra memorandos, in Finlandiam, Lappiam, Livoniam & Germaniam abire coëgit: ipſa tamen, ut tum, ita poſtea, peregrinis undecunque confluentibus, leviter, quamvis diu, pererrata; (b) SCYTHARUMQ; noſtrorum BASILIDARUM partim VASTATIONE, partim continuo fere IMPERIO liquidiſſime preſſa, tantum non ſemper congemuit (c). Quare vel hinc judicare pronum fuerit, primos illius occupatores, ductu, ut dixi, Volgæ et Boryſthenis, ad ulteriores et editiores contendendo plagas (quod et ipſi SCYTHÆ, hinc forte remigrantes, olim in ſolenni cum ÆGYPTIIS diſputatione, argumentis comprobaverunt ſoli-

 diſſimis

diſſimis (d) littoribus Ponti et Maris noſtri ocyus appropinquaſſe, ubi eis mare Cronium ſ. saturnium, etiam aborigines noſtri, in boreali Finlandia, quæ tamen tota antiquiſſimis temporibus perquam inculta fuit (e), primum conſediſſe (f) feruntur; tandemq́ immani Hercynia ſilva ab auſtro obſtante, tam terreſtri, quam maritima via (g) in patriam noſtram perveniſſe; quæ Moſi inter gentium insulas computata (h) Japetidis certo contingens, Græcorum vetuſtiſſimorum unanimi conſenſu Insula Hyperboreorum et Atlanticorum, sacra et beata (i) Ogygia (k) Basilia ſ. Balthia, Elixoia, Osericta, Erythia, antiqua Scythia (l) &c. vocari meruit ex aſſe. Hæc vero nomina addita prædicti Cronii ſ. Saturnii maris appellatione, neſcio, cur ſicco adeo pede tranſire ament alii, cum tamen gloriam gentis noſtræ inde quam maxime et ἀναντιῤῥήτως auctum iri, nemo non probus et prudens facile fatebitur.

(o) *Phrygas* ſ. *Thyrrhenios Thracibus* ſ. *Getis* eſſe ortos, per *Dardanum* vel *Zargitanum*, adſtruxit Rudb. T. I. c. 36. T. II. pp. 383. 385. 389. 413. T. III. p. 156. coll. c. 10. cui adde Peringſkiœldium ad Vit. Theoder. p. 617. ſeqq. Genealog. Regg. Sued. p. 1. ſeqq. et introd. noſtr. pp. 13. 33. 63. 141. 149. 153. 181. 189. 193 (p) *Ionas* Græcorum primos, *reges* ſuos agnoſcere *Scythicos* §. III. dixi, ipſosq́ ideo et *Kitthæos* et *Pelaſgos Ægialees* dictos, quaſi *Scythicos Nomades*, ex introd. pp. 55. 127. 179. 181. 183. 185. 19. videas. (q) *Japetidas*, ut jam ad Caucaſum a ceteris ſegregatos, *confuſioni linguarum* non interfuiſſe, contendunt Stiernhielm, in præf. ad Ulphil. Kirchmaijer. in Diſſert. de lingva ScythoCelt. Goth. p. 15. coll. Prodromo noſtro p. 6. et Clariſſ. Vahlbergii diſſ. de præſtantia et hiſtoria idiomatis Sv. G. p. 3. ſeq. coll. introd. p. 189. (r) Confudiſſe Græcos, ut *Indicum*, ita et *Caucaſum* noſtrum cum *orientali* illo *cognomine*, Rudbeckius ſpiſſe omnino probavit in T. II. p. 155. T. III. pp. 212. 447. 601. 605. et quidem ideo, quod utrumque mare, *Scythicum* et *Caſpium*, ſæpe pro eodem acceperint, poſtquam Scythæ noſtri, ultro citroque ſæpiſſime commigrantes, (in quam rem plura infra, §. VI.) orientali Caucaſo id nominis a ſuo indidiſſent, quaſi *Grå ås*, h. e. Plinio fere interprete, *niveus*, vel rectius *cineraceus, canus, antiquus mons*; *ås* enim nobis *montem*, *jugum* denotat, vide Sheringhami Orig. Angl. pp. 202. 203. coll. p. 365. Profecto *Prometheum* ad *Europæas Oceani partes* vinctum fuiſſe, rectiſſime tradidit Æſchylus, coll. Fabricii Biblioth. antiq. p. 579. et tract. noſtr. de Armillis. p. 7. (s) Ad hæc *Caucaſia* juga *Arcam Noa* conſtitiſſe, indeque Scythas erupiſſe, idem probavit Sheringham l. cit. p. 365. ſeqq. coll. Herodoto Lib. IV. c. 2.

ſ. 2. præcipue 5. Diodoro Sic. L. XI. c. 43. Relandi diſſ. de Paradiſo pp. 19. 33. et Prodromo noſtro p. 14. (t) *Humiliores* ejusmodi *regiones*, non niſi multo poſt diluvium tempore, occupari et habitari potuiſſe, probavit Rudb. T. I. p. 34--38. coll. Scheringh. L. c. p. 147. videatur etiam Gotunheimia mea, p. 5. adprobante celeb. D. Prof. Scarino, in diſſ. Aboënſi de Aboriginum Scand. vita et victu, p. 40. (u). De *Lydiorum*, *Lyciorum* et *Colchorum*, *Chamitis* et *Africanis* oriundorum, *ſedibus* in *Aſia minori*, vide Hilleri Synt. Hermen. p. p. 179. 181. 219. et Bocharti Chan. L. I. 298. *Phrygas Scytharum* progeniem non modo, ſed et *Ionas e Græcia* in *Aſiam* minorem migraſſe, immo poſtea in *Africam*, ex Strabone et aliis conſtat, vid. omnino introd. p. p. 33. 129. ſeq. 155. 179. 181. 187. Aſt ex *Aſia minore*, ſuperato Boſphoro, ceu et ex *Græcia*, nullas in *Germaniam* aliasque *occiduas Europæ plagas*, ductas fuiſſe *colonias*, niſi tandem maritima via, *exiguas* illas *Trojanam* et *Græcam* in Italiam et Hiſpaniam, quivis hiſtoriæ vetuſtioris candidus idemque induſtrius lector fatebitur. (x) Sheringham. L. c. p. 150. 468. 386. coll. Prodr. p. 4. rationibus ſufficientibus adſtruxit, *primos Scythas* per *Sarmatiam* migraſſe in *occiduas Europæ plagas*, cum *mare Caſpium*, *Boſphorumque*, ac *Mæotium* lacum tranſire nequiverint. Hinc *viam* eos juxta dictos *fluvios* tenuiſſe, omnino vero ſit ſimile, comprobante Rudb. T. II. p. 156. Lundio in nott. ad LL. Upland. 138. ſeq. coll. introd. pp. 23. 55. Sed cum iidem fluvii, ſicut et Boryſthenes aliique ſupra Thraciam ſiti, non modo *rapido* admodum ferantur curſu, ſed et, ubi ſe exonerare incipiunt, *latiſſimi* ſint, adeo ut in tanta tum temporis *navium conſtruendarum imperitia*, homines eos tranare nequiverint (cfr. Introd. p. 32. Gotunheim p. p. 10. Sheringh. L. c. p. 437. Gyrald. de navig.) ne dum opus habuerint, cum terra ſuperior multitudini vel maximæ ſuppeteret recipiendæ: quis credat in *Thraciam* aut *Græciam* jam tum itum fuiſſe, niſi multo poſt tempore, auctis, puta, et colliſis in magnum numerum gentibus, quibus Scythia tandem haud ſufficeret ſuſtentandis? (y) *Scythica via*, per *Thraciam*, in ſuam demum Græcos veniſſe terram, ipſe Plato, Strabo aliique teſtantur; hinc et in *Theſſalia*, quæ omnium maxime *montoſa*, primi conſederant, probantibus Rudb. Lagerloefio Libris citatis paſſim, nec non Clerico in notis ad Heſiod. p. 28. ſeq. cfr. introd. locis. proxime citt. (z) *Silvam Hercyniam*, definiente Cæſare, a Rheno per *totam* tantum non *Germaniam* ad *mare* usque *Suevicum*, longiusq; per *Poloniam* ultra *Boryſthenem*, ſe extendiſſe, teſte eodem, ut et Plutarcho, Strabone, Plinio et Mela; quin et ipſos noſtros *Suevos*, qui *Germanos* ad Rhenum expulerant, horum *vaſta terrarum ſpatia procuraſſe*, Rudb. doctiſſime demonſtravit T. I. pp. 581. 593. T. II. p. 70. T. III. p. 340. ſeq. coll. omnino Strunzii Profeſſ. Witteb. diſſ. de Silva Hercynia p. 12. ſeq. & introd. pp. 55. 127. 147. (a) *Primos* a diluvio homines ſ. Nomades, *montana* adamaſſe loca, *venationi*, *paſtui*, *piſcationi* utpote aptiora, ut alia taceam commoda, *naturali*, ut Varro alicubi differit, hominum *ſtatui* convenientia, nemo eſt, qui non intelligat; cfr. Lagerloef. L. c. p. 70. et Caroli Lundii nott. ad LL. Upl

138. ſeq. inprimis Rudb. T. I. p. 36. ſeq. (b) *Scythiam* illam *orientalem* ſ. *Ruſſiam*, antiquioribus temporibus perquam *incultam* fuiſſe, ex Orpheo, Herodoto, Strabone, aliis, docuit Rudb. T. I. c. 9. & 10. Neque vero ego in introd. p. 149. ſeq. palam facere omiſi, *Ruſſiæ Tartariæque primos nomadas*, ſine dubio, *aliorſum* commigraſſe, *poſterioreſque* habitatores plurimis coaluiſſe *peregrinis* coloniis. cfr. Ampl. Scarini diſſ. eruditam de migrationibus gentium &c. p. 32. ſeq. ut et Grotii, Hornii atq Arrhenii ſ. Oernhielmii diſſert. de Origg. Armericanorum. (c) Rudb. auctoritate dictorum Scriptorum pariter ac Luciani T. III. pp. 181. 184. 187. 341. 640. recte inculcat, *Scythas* noſtros *Regios* ſ. *Baſilios*, ſub *ipſo ſiderum cardine* habitantes, *Venedas* proximos *agricultura* prohibuiſſe, eosdemque, ut et ceteros orientales Scythiæ incolas, *tributarios* ſibi feciſſe, quin et poſtmodum *Ruſſos*, Varegis noſtris ſubjectos; comprobante itidem cel. Scarino in diſſ. de orig. Varegg. quorum duumvirorum argumenta ego, ope hiſtoriarum Gothicarum & Ruſſicarum, in commentario ad hiſtoriam Oddi jaculatoris MS. prolixius confirmavi. (d) *Argumenta*, ſane, *Scytharum* (qualia et *Phryges*, eodem recidentia, et forte eadem occaſione, ſed diverſo modo, prolata, apud Herodotum videas) pro ſuæ terræ priori quam *Ægypti* inhabitatione, rite protraxit Trogus, eademque eximio commentariolo comprobavit Rudb. T. II. p. 156. oſtendendo *Scythiam noſtram* omnium eſſe *excelſiſſimam* et *frigidiſſimam*, ex cujus vicinia *flumina*, aboriginum noſtrorum ὁδηγοὶ in Pontum Euxinum & mare Caſpium prolabuntur, cfr. Sheringh. L. c. Introd. pp. 147. 149. 153. 181. 193. (e) Præterquam quod nuper memoraverim *Venediam* ſ. *Finlandiam* &c. in *vaſtitatem* a Baſiliis noſtris fuiſſe redactam, etiam introd. pp. 147. 149. pateſeci eandem, ante agricolarum Svedicorum, qui Finnos terram arare docuere, tantum non totam *incultam* fuiſſe et *ignobilem*. cfr. Taciti Germ. de Fennis et Speneri Germ. L. V. p. 184. ſeqq. Sed et in hanc rem plura in aborigg. Hyperb. (f) *Aborigines* noſtri, quos prævin origg. Norrig. teſtimonio, introd. p. 5. ſeq. coll. pp. 61. ſeq. 123. produxi, in *Kvenlandia* ſ. Oſtro-Botnia primum conſediſſe feruntur (g). De *via Forniotidarum* in Scandiam, et terreſtri et maritima, eædem origg. agunt, coll. introd. p. 5. ſeq. (h) *Inſulis gentium* accenſendam omnino eſſe *Scandiam*, *Daniam*, *Angliam*, *Scotiam*, *Hiberniam* &c. in Prodromo p. 6. ſeq. evici, coll. Rudb. patre T. III. pp. 163. 213. ſeq. Rudb. fil. in Atl. illuſtr. pp. 19. 22. 24. (i) *Atlantiorum*, a Rudb. paſſim in ſingulis Atlanticæ Tomis, adſtipulante cel. mem. Toernero in Atlantide MS. adverſus Kirchmajerum vindicata; nec non *Hyperboreorum* in cc. T. I. 9. et 15. noſtris majoribus ſolidiſſime adſertorum, *inſulam ſacram & beatam* ibid. pp. 433. 469. 474. ſeqq. T. II. p. 81. T. III. pp. 341. 404. 407. 411. ſeqq. deſcriptam, omnes agnoſcimus Scando-Gothici nominis candidi æſtimatores, cfr. introd. pp. 127. 129. 151. 173. 181. 203. (k) De *Ogygia*, Homero et Plutarcho memorata, vide Rudb. T. I. c. 8. T. II. p. 46. T. III. paſſim, coll. introd. p. 101. 131. 177. (m) De *Baſilia* ſ. *Balthia*, *Bannomannia*, *Oſcrichta*, *Elixoia*, *Thule* idem Rudb. T. I. cc. 10. 12. 13.

13. 14. 15. 19. Quibus etiam *Acheronta* et *Campos Elyſios* ibid. cc. 22. & 23. accuratiſſime deſcriptos, coll. introd. p. 197. ſeqq. nec non *Erythiam inſulam*, T. III. p. 697.-709. immo *Erythræorum* patriam, unde Phoenices, ibid. pp. 695.751. ſeq. tandemque ſimul *Scythiam antiquam*, quæ eadem ac Baſilia, apud Niceph. Gregoram c. 27. et Geograph. Ravennat. pp. m. 17. 61. 106. ibid. p. 186., coll. Lagerlœfii comment. in Svec. ant. & nov. p. 87. ſeq. addere poteris, tui ſecurus.

Cum autem jam, præter dicta invitamenta naturalia et κριτήρια historica ἀξιόπιστα, indubie acceſſerint COELI et ASTRORUM, ÆSTATIS et HYEMIS, DIERUM et NOCTIUM ſeu lucis et tenebrarum, in Scythica hac plaga, EFFECTUS, UTILITATES et VICISSITUDINES multo evidentiores deprehenſæ, quam alibi terrarum, unde notatu digniſſima hominibus haud inertibus ſuborta ſint, inprimis quæ SOLEM et LUNAM, inocciduum item BOREAM SEPTEMQUE TRIONES, toti poſtmodum celebratos orbi (*n*) concernerent. Cum porro regio ipſa, quod PENINSULA conſtaret, hoſtilis inſultus ſecura, LIBERTATEM VICTUMQUE, haud precarium, incolis ſuppeteret, jam ab initio ad Caucaſea orientis juga, non tepido et molli aëri, non tenui et delicato cibo ac potui adſvetis, quo pertinuerit corporum membrorumque ROBUR inſigne, SERA quidem, ſed vel ideo MULTA longaque VENUS ſeu FOECUNDITAS, (*o*) quæ cuncta LONGÆVITATEM et PROPAGATIONEM generis Scythici certo procurarunt, gentibus notiſſimam omnibus (*p*). Hinc facile judicatu, quod gens iſta, in unam hanc peninſulam effuſa et congregata, indiesque in FAMILIAS aucta quam plurimas, inevitabilia non potuerit non ſuggeſſiſſe patribus ac ducibus ſuis media, in SOCIETATES coëundi REMPUBLICAMQUE ocyus conſtituendi, quæ PRÆVIO inſigni prorſus terræ SITU, jam tum quaſi invitata (quandoquidem ubivis certa perenniaque, ad Pontum noſtrum usque extenſa, comparuere MONTIUM juga, SILVARUM tractus longiſſimi, FLUVII rapidiſſimi, ſuis quoque CONVALLIBUS, CAMPIS, PRATIS lætiſſime conſita) dividi facile potuerat in TERRITORIA (*q*) CENTUMPAGOS (*r*) et PROVINCIAS (*s*) proindeque IMPERII formam expoſcere et TERRA et MARI valentiſſimam

b (*t*). Quæ

(*t*). Quæ adeo cuncta fidem faciant, SATURNUM, nobis SADUR, & AUNE, Phrygibus ANACUS, patriam noſtram in PARTEIS DECEM, pro NUMERO totidem FILIORUM, certiſſime diviſiſſe (*tt*). Ne jam quid addam de Hyperboreorum ſ. Atlantiorum candidiſſimis non modo MORIBUS, ſed et LEGIBUS; quas MULTAS, et in ſingulorum regulorum TEMPLIS ſervatas, prodidere veteres, novimus etiamnum ipſi, heic terrarum uſu percrebuiſſe haud inficiando (*u*).

(*n*) De *Aſtrognoſia* veterum Hyperboreorum, de inocciduo *Borea*, et ſeptem *Trionibus*, vide Rudb T. II. cc. de Helio et Selenolatria, T. III. cc. 2. 3. de Numero aureo et ſignis Zodiaci, præcipue p. 122. ſeq. coll. introd. pp. 65. 129. 131. 141. 143. 145. 147. 173. 185. 189. Alioqui ex Sturleſſonii T. I. p. 702. dexteritas majorum noſtrorum in computandis *temporibus* conjectandisque *moribus* luculenter prorſus patet, cfr. Torf. Hiſt. Norrig. T. II. p. 126 (*o*). De *Polygamia* Hyperbb. v. Rudb. T. I. p. 646. T. II. pp. 56. 58 (*p*). De *robore*, *proceritate*, *longævitate* et *immortalitate* fere eorundem, idem T. I. pp. 47. 86. 337. 425. 572. 638. T. II. p. 129. ſeq. T. III. pp. 412. ſeq. 508. 521. 574. Hinc 100. et 200. annorum *ætas* haud magna putata; 300 autem maxima; nec tamen rariſſima; quod præter alia *Odini*, *Aunii*, *Halfdani*, *Gudmundi* Glyſisvallenſis, *bivir gamlir* ſ. *annoſi* nuncupatorum, exemplis conſtat: Quæ ſane, *ætas* ab ipſo Hyperboreorum *ſereno cœlo*, *victu*, *genio* et *educatione*, ad omne robur exercitiumque Martium inſigniter compoſita, jam dudum comprobatiſſima facta, tantum apud me valuit, ut *regibus*, *gigantea* ſic dictis, h. e. Odini poſterioris, *ætati* ſaltem *propioribus* (vid. Hervoræ hiſt. c. 1. et Rudb. T. III. de *gigantibus*, in indice, voce *Jette*, coll. introd. p. 91.) non cum Herodoto Græco, 30 duntaxat, ſed planiſſime 60, minimum 50 imperii annos tribuere, omnino duxerim fas atque æquum. Hinc et *Odinum* illum poſter. 300. annos nativitatem S. Salvatoris antevertiſſe, non modo in introd. p. 13. ſeq. monui, ſed et in Hiſtoria Critica Scriptorum ſeptentr. MS. demonſtrare conatus ſum; quam et computationem, Rudbeckio præeunte, Nobiliſſ. dn. Schœnſtrœmium in Tr. de Emendatione Hiſt. Patriæ antiquæ MS. auſpicato iniiſſe, gaudeo, exſulto (*q*) Goth. *herad.* territorium a *ſitu* juxta declivitates montium fluviorumque, apud Verel. in nott. ad Gothrici hiſt. p. 26 (*r*). Goth. *Hundari*, de quibus hodienum obtinentibus, ex Legibus noſtris vetuſtis æque ac Cæſare, Rudb. T. I. pp. 269. 615. præſertim T. III. ubi, vel ex indice videas, ad modum antiquiſſimi inſtituti, *Heradias* diſtingui ab *Hundariis* ſ. centumpagis, qui vel majores vel minores fuere, ſingulos autem generatim comprehendiſſe 120 pagos, et 4 naves inſtruxiſſe (*s*) Goth. *Folkland*, *Fylki* provincia, ſatrapia, colonia, cohors, caterva; unde *Fylkir* dux; *Fylkis Kongur* regulus provincialis; *Fylking* phalanx, acies; *folga*, *fiolga*,

augere

augere, multiplicare; *fylka* in ordinem dividere. Iſlandi quidem, in Eddicis appellat. numerum *Fylkarum* extenuarunt, Norrigii autem (ut, Torf. hiſt. Norrig. T. II. pp. 223. 406, forte ex *Hirdſkra*, habet) *Fylkam* cenſuerunt, quæ naves 12. viris armisque inſtructas expedierat, in ſingulas 60 aut 70 computatis (t) De *imperio* Hyperboreorum ſ. Atlanticorum, *terra* et *mari antiquiſſimo*, eodemque *maximo*, vide ex Homero, Platone, Diod. Sic. Cæſare, Tacito, aliis, Rudb. T. I. pp. 272. 274. 519. 589. 615. 630. 793. cfr. indic. ad T. II. voce Svionum migrationes. T. III. pp. 172. ſeqq. 308. 314. 321. 345. Oernhielm. Hiſt. Eccleſ. p. 609. Peringſk. ad vit. Theod. p. 407 ſeqq. Bajerum in actis Petropol. T. 4. p. 299. coll. introd. p. 9. (tt). *Saturnum* inſulam noſtram *diviſſe* in 10 partes, *Aunumque grandævum* apud Sturleſon. non modo, ſed et Phrygum *Anaçum* fuiſſe *eundem*, Rudb. T. I. p. 204. 275. T. III. p. 390. veriſſime confecit, quam et ego de *Aunio* ſententiam, pluribus in hiſtoria Critica MS. confirmavi. (v) *Mores* Hyperboreorum fuiſſe egregios, itemque *Leges provinciales*, Atlanticis omnino reſpondentes, atque in *templis* conſervatas, Rudb. in T. I. reliquis, vocib. Leges et Atlant. ut et Lundius in Zamolxide, et prolegomenis notisque ad Leges Upl. paſſim probarunt, coll. introd. pp. 5. 131. 175. 137. nec non Arpi Them. Cimbr. pp. 267. 270.

Qua via aborigines noſtras huc profectos dixi, eandem etiam ſæpe aliæ coloniæ tenuerunt, Sarmatarum, puta, ſeu Samaritanorum, qui Bothnici noſtri ſinus, ſeu Ponti et maris Balthici paluſtre et orientale latus occupantes, jam antiquitus Budini, Venedæ et Æſtii cognominari meruerant (w) Tandem poſt nativitatem S. Salvatoris, Sclavorum et Lettiorum (x) prout Argonautas Trojana expugnatione vetuſtiores (y), deinde et, ante Alexandri M. tempora, Tyrios, quos et noſtri olim inviſerunt (z) necnon paulo poſt eosdem Odinum poſteriorem, (a) in noſtram patriam profectos eſſe, perquam eſt vero conſentaneum; usque adeo, ut nec infrequentius eandem noſtros repetiiſſe viam, Geticæ hiſtoriæ maxima conſtet fide; (b) veriſſime quidem antiquiſſimo Græcorum Antonio Diogene (c) dicente: non venit Scytha tibi, vectus per Iſtrum (Germaniam) vel Tanaim (Moſcoviam) sed in universam terram et mare. Dum vel per Balagardensem ſ. Vehedicum sinum (d) indeque juxta Aldescos ſ. Aldeyoburgos (e) pergendo, per fluvium Volgam; vel prope Tumesnæsiam ſ. OEſiliam, per Dunam Livoniæ fluvium non item Viſtu-

lana (f) cataractis tractione navium ſuperatis (g) in SCYTHIAM magnam, ASIAM et GRÆCIAM, quæ et ſuos curioſos peregrinatores huc ſæpe remiſit (h) migrare vellent, ſubactione et acceſſione aliarum, quas adivere, gentium inſigniter AUCTI et potentiores facti. Contigere ſane illæ migrationes ſub poſteriorum nominum SATURNO, THORO ſ. Joſuro, Jove; ſub BACCHO, heroe quodam, alias HERMODUS ſ. Hermes et Mercurius dicto, cum Getis ſ. Thracibus ac Phrygibus, Cimmeriis et Amazonibus, Sithonibus, Atlantiis ſeu Mauris, Getulis, Numidis &c. (i) ſub DROMGETA (k) ſ. Gauto, cum Gothis; ſub SVEGDERO, YNGVIO, EMUNDO et ERICO VICTORIOSO aliisque heroibus, avitum Scythicarum terrarum imperium, a Sarmatis et Sclavis, qui ſuperiora Ponti Eux. et maris Caſpii inhabitarunt, nonnunquam interruptum, maſcule repetentibus et reſtaurantibus. Hiſce autem crebris diſcurſionibus, ultro citroque factis, haud mirum contigiſſe, ut veteres Græci, ſibi perſuaſerint, dictum MARE, PONTUM atque PALUDEM MOEOTICAM, non niſi brevi ſpatio vel fluvio, cum noſtro SCYTHICO MARE, PONTO et PALUDE conjuncta fuiſſe (l) adeo ut et utroſque accolas Cimmerios, Scythas, Longobardos, Francos, de quibus infra, et HUNNOS UTURGURIOS (m) quemadmodum et alias, in Græcia et Italia, Scythicæ originis, gentes invicem confundentes (n) ſæpenumero, quæ noſtro Septentrioni tribuendæ eſſent nativæ, ex oriente temere arceſſerint. Cujus erroris, neſcio an dementiæ, ſeſe participes illi noſtris reddidere temporibus, qui tantum non omnes Scando-Gothicas colonias, ex remotiſſima TATTARIÆ et SIBERIÆ Barbarie, hominibus paſſim hybridis et novellis, deducere poſſe, gloriæ ſibi ducant immortali; (o) ſummo tandem cum dedecore faſſuri, quod, ſi, monente nonnemine generoſioris judicii Viro (p) GENTIUM iſtarum ORIGINES accuratius replicarent, qvamvis non omnia, certe multa, ipſis placitura ſint, quæ noſtrorum Ocellus Antiquariorum labore, ingenio et judicio incomparabili, eam in rem contulit et exputavit.

(m) Sæp.

(w) *Sarmatas* et *Venedas* ſ. *Fennos*, et *Æſtios* ſ. *Iſſedones*, unam fuiſſe gentem, illorum nomen *gentile* a *Samaritanis*, horum *appellativum* a Goth. *Fen*, paluſtri, et *Æſt* orientali ſc. regione, *coloniamque* eos habendos, quam, teſtibus Diodoro Sic. et Plinio, *Scytharum* Reges ex *Media* et *Syria* in *extremam* duxerint Scythiam, ad ſinum nimirum *Badditum*, dudum in Differt. Epiſtol. de Stockholmia p. 19. indicavi, porroque probavi in tr. de Aborigg. Hyperb. Hinc, an Herodoti L. I. *Budii* et *Buſæ* (quos Adam. Brem. in de Situ Regnn. aquil. juxta noſtrum Pontum collocat) in *Medorum* nationibus recenſiti, huc pertineant, mecum judicent, quibus hiſtoricus parallelismus placet accuratus. cfr. Introd. pp. 21. 127. 203. 213. et tr. de Armillis p. 17. (x) *Sclavorum* origo Illyrico Græca haud dubia eſt, ut nec *Lettorum* ſ. *Litonum*, Illyrico Romana, vid. differt. Dorpat. illuſtr. Hermelini de orig. Livonor. quæ Roſtochii recuſa eſt. (y) *Argonautarum* iter rite explanavit Rudb. T. I. c. 26. coll. T. II. p. 458. T. III. p. 326. item Differtt. Kirchmajeri Vitteb. et Forelii Upſ. (z) Notatu digniſſimus eſt Photii locus, ex antiquiſſimi Philoſophi, Antonii Diogenis relatione, de *Tyriorum*: *Diniæ*, *Carmanis* et *Meniſci* itinere admodum curioſo in *Thulen* noſtram, de quo Rudb. T. III. p. 351. ſeqq. coll. Rami Ulyſſe ſ. Outino p. 165. ſeq. Noſtros item ad Tyrios profectos fuiſſe, docet Lapis runicus apud Peringſk. nott. in vit. Theod. p. 402. coll. Epiſtola noſtra Reſp. p. 23. inprimis Exam. Run. c. v. add. Rudb. T. I. p. 501. T. III. p. 347.--363. et Dikmanni lapidib. Run. p. 131. (a) Iſtorum itaque Aſiaticorum huc facta itinera, facile perſuaſerint, ut ſtatuam *Odinum* poſter. Tyriorum fore tempore huc adveniſſe, vix autem vel *Mithridatis*, cujus utpote Scythæ, quaſi Romanorum, ſi diis placet, potentia perterriti, nequicquam ad noſtros, tanto terrarum, quibus conſediſſe poterant, intervallo disjunctos, confugere conati fuerint; vel *Pompeji*, tam eamdem ob rationem, quam quod Sturleſonii ille *ſynchroniſmus* fictus omnino ſit et novellus, fidem eo minorem meritus, quo, præter alias rationes in introd. pp. 13-19. 27-31. prolatas, difficilius videtur percepu, unde Sturleſonius, in tanta ſui temporis litterarum elegantiarum ignorantia, eundem habere potuerit. (b) *Getica* ſ. *Gothica hiſtoria fidem* ſtrenue inculcat Sheringham, l. c. paſſim, coll. p. 139. nec non Introd. p. 181. (c) verba ſunt Antonii Diog. apud Photium in Biblioth. p. 396. ex Oratione ejus, qua Bacchi noſtri cum Scythis migrationem deſcribit, coll. Rudb. T. III. p. ult. (d) *Venedicum ſinum*, Goth. *Balagardsſida* vocatum fuiſſe, præeunte Rudbeckio, Torfæus l. c. T. I. p. 198. fatetur. (e) *Aldeſcos* ſ. *Aldeiuborgos*, ad *Ladogium* lacum ſitos, memoravit Dion. Afer., coll. Rudb. T. II. p. 46. & introd. p. 49. (f) *Tumiſnaſium* ſ. *Tomitanum* promontorium, quod juxta *Oeſiliam* olim *Eyſyſlam*, ſitum eſt, memorat lapis run. in nott. Peringſk. ad l. c. p. 457. ubi & pp. ſeqq. *Oeſtervägit* ſ. *orientalis via*, per *Ruſſiam* et *Tattariam*, in *Græciam* usque et *Indiam* olim ducentis, mentio habetur; cfr. hiſt. Herrœdi p. 33. Egilli Aſmundique p. 27. 130. et Thorſtani Vikingi filii p. 12. aliasque quampluribus, Gothico ſcriptas idiomate;

mare; adhæc Gotunheim. p. 81. ſeq. Introd. pp. 59. 113. 149. 151. 181. præcipue Rudb. T. III. indic. vocibus *vag* et *utvig*. Pariter per fl. *Dunam*, prope Rigam qui ſe exonerat, & ſic porro in Boryſthenem, ejusmodi itinera in *Græciam* ſuſcepta fuiſſe, teſtatur ex Origg. Gothlandicis Peringſkioldius L. c. p. 444. 454. coll. Adam Brem. L. c. p. 145. *Viſtulæ* autem nusquam noſtri meminere hiſtorici, forte quod ſilvæ Hercyniæ adeoque et Poloniæ, ſolitudo obſtiterit. (g) De *tractione navium*, olim uſitatiſſima, vid. introd. p. 129. et Gotunheim. p. 82. ſeq. (h) *Græcorum* in *Scandiam itinera* vide in Introd. pp. 101. 113. 127. 143. 203. (i) *Migrationes* noſtrorum antiquiſſimas, ducibus *Sadumo*, *Thoro* &cc. explicat Rudb. T. I. cc. de Diis breviter, T. III. vero de ipſis ducibus prolixius, ceu et qua partem Sheringham. L. c. pp. 144. 155. 342. ſeqq. Notum vero fuerit, vocem *Ioſur* ſ. Iupiter, *epitheton* fuiſſe *Deorum* et *Regum*, vid. Epiſt. Reſponſ. p. 20. *Bokk* autem ſ. *Battphum*, notare *beroa*, unde et *Teuto-bochus* Teutonum dux, vid. Introd. pp. 109. 113. 169. 175. 183. 191. 285. *Mercurium* deniq́ ſ. *Merkurmadur*, vocari in Eddæ Myth. 44. *Hermadum* ſ. *Hammetem*, cfr. Introd. p. 175. 222. Tenendum de cetero, quod *gemini*, h. e. *boreales* et *orientales*, in exteris ſcriptoribus obſervari debeant *Scythæ*, *Cimmerii*, *Amazones*, *Atlantii*, *Thraces*, *Phryges*, *Mauri*, *Numidæ*, demonſtrante Rudb. in ſingulis Atl. Tomis, coll. indicc. præſertim T. III. pp. 264. 268. 329. ſeqq. 498. ſeqq. Add. Introd. pp. 19. 153. 163. 181. 193. 209. 213. 219. De *Sithonibus* vide prolixius agentem Spener. in Germ. L. V. p. 179. ſeq. (k) Expeditiones et itinera *Drom-Geta* ſ. *Gauti*, *Gylfi* ſ. *Tialfi* filii, tempore Odini paſter. ex Edda et Origg. Gothland. nec non Strabone et Pauſania, in Exam. Run. §. VIII. perſpicue expoſui; coll. Peringſk. L. c. pp. 440. 442. 454. 484. 634. Porro *Suegderi*, *Ynguii*, *Emundi* et *Erici Victorioſi*, ex Sturleſſonio, in dicto Exam. coll. Rudb. T. III. p. 181. Introd. pp. 147. 152. Verelii nott. in hiſt. Herv. p. 188. Peringſk. L. c. pp. 402. 454—598. ejusdem Geneal. Regg. Sv. paſſim, et Ampl. Scarini diſſert. de Orig. Varegg. p. 10—21. (l) Confudiſſe Græcos et Romanos rerum Scythicarum ſcriptores, *Mare* et *Pontum* noſtrum *Scythicum*, cum *Caſpio* et *Euxino*, vidit utiq́ Adam. Brem. L. c. p. 148. luculentiſſime autem probavit Rudb. locis ſupra §. IV. litt. R. et præcipue in Introd. p. 195. ſeq. citatis, ubi Arpum in Them. Cimbr. idem tandem inculcaſſe memoravi, cui jam addo ipſum Leibnitium in Actis miſcell. Berol. et in diſquiſ. de orig. Francor. licet eorum neuter, doctorem fateri voluerit ſuum. (m) Vindices primorum Scytharum, Cimmeriorum &c. ſupra §. III. litt. memoravi. *Hunnorum* autem *primævas ſedes* in *Suedia* noſtra *boreali* exſtitiſſe, ego in Gotunheim. c. 13. toto, ex antiquiſſimis *Sturlægi* et *Hervoræ* hiſtoriis docui. Neque tamen nihili eſt, quod *patriam* eorum *Scandiam* prodiderit auctor Libri de geſtis Normannorum apud Quercetan. p. 1. Procopius itaq́ in hiſt. Goth. p. 428. ſeq. *Hunnos* ultra *Eluſios*, *palude* tenus *Mæotica* ponens, Cimmerios eos vocat *Uturgurios*; hinc mireris iisdem etiam nominibus ac confiniis *Hunnos* noſtros

Gly-

Glyſios (Glyſis valliſæ incolas) *Cimmerios* ſ. *Kimmitos*, (in Oſter-Bottnia) antiquum *Utgardiis* Biarmenſibus, *Loko* olim ſubditis innotuiſſe, ut ex Gotunheimſa noſtræ c. XI. et Introd. pp. 9. 137. coll. Eddæ Mytholl. 39. 40. videre licet. Ut vel hinc colligi poſſit, bonum Procopium, *Pontum* noſtrum *Cimmerium* cum *Orientali* cognomine imprudenter forte commiſiſſe; quemadmodum et fabuloſe *Uturgurios* a *Rege* quodam nuncupatos prodidiſſe. Vere itaque Alcyonius L. II. de Exilio p. 213, ex antiquo MS. hiſtorico meminit, *Attilam adeo linguæ Gothicæ propagandæ fuiſſe ſtudioſum, ut edicto ſanciverit, ne quis lingua loqueretur Latina, magiſtrosque inſuper e ſua provincia accivisſe, qui Italos linguam edocerent Gothicam.* Et miſſis jam ipſis *Gothicis* Hunnorum *vocibus* ac *nominibus*, de eorum quidem, ut Scytharum *artibus litterariis*, conferre juvabit Belium in Litteratura Hunno-Scythica pp. 11. 61. ſeq. (*n*) *Scythas*, ante bellum *Trojanum*, in *Græcia* et *Aſia* imperium obtinuiſſe, Sheringham. L. c. et Loeſcherus in Ione confeſſi ſunt. Præterea cum *Italia* a Scythicis occupata fuerit aboriginibus, quis dubia reddet ejus, et Græciæ *loca* quamplurima *Scythicis cognomina*? qualia ſunt *Cuma* ſ. *Cyma*, *Hermion*, *Acheron*, *Avernus*, *Eridanus*, de quibus et aliis pluribus Rudb. in Atlanticæ Tomis. coll. indic. et introd. pp. 31. 165. 171. 197. ſeq. 201. (*o*) *Hybridas* et *novitias* eſſe Siberiæ Tattariæque incolas in Introd. pp. 147. 149. 195. ſeq. dixi, hinc petulantiam recentiorum Scriptorum, Gothicas et Germanicas gentes ex iſtis deducentium terris, quas ſæpenumero Scandicas et Fennicas, vi Ruſſorum recepere, opportune mecum exagitat Arpus L. c. in Introd. pp. 191. 193. excitatus. (*p*) Celeb. Skœttgenius, in de Orig. Ruſſicis, approbante Accuratiſſimo Scarino in Diſſert. de Orig. Varegg. p. 28. *Rudbeckii*, noſtrorum Ocelli Antiquatiorum, operam, in explicandis *gentium migrationibus* feliciter navatam, iſta laude mactat.

Præter profectiones majorum noſtrorum in orientem, aliæ etiam haud pauciores in AUSTRUM ab eis factæ cognoſcuntur. Nimirum, non modo ARGIS, OPIS et HECAERGIS, (*q*) cum HYPERBOREORUM INSULARIUM (*r*) DIIS et SACRIS, quæ, æneis tabulis perſcripta, ad GRÆCOS delata referuntur; ſed et, quandoquidem omnes aquilonares gentes facile alio migrarent, adeo ut ipſi Germani faſſi ſint, ſe ex ſeptentrione deſcendiſſe (*s*) nec ulla conſtet hiſtorica fide, Scandiam e Germania, ut antiquioribus temporibus pertinam inculta, colonias accepiſſe (*t*). ÆGIRI ſ. ERICI primi, vel, ſi mavis, ERICHTHONII in VITALANDIAM ſ. Danicas inſulas (*u*) indeque in GERMANIAM et alias Celticas terras, porroque in ipſam ITALIAM, cum TUSSIS ſ. Tuſcis et Teutoni-

bus

-bus, Oſcis, Cimmeriis, ſ. Cumanis, Umbris, Sicyonibus ſ. Læſtrygonibus et Naſamonibus (*u*). En nobis jam tempus Odini poſterioris, ad Scandicum imperium evecti, quale tamen, à gigantibus, h. e. rebellibus, qui in Suedia et Norrigia, Alpinas multo numero colebant regiones, omnino detrectatum, ideoque et eorundem emigrationem efficiens, in Germania et Dania, quod raris illæ tum incolis habitarentur, obtinuit utique nullum, poſtquam, ſcilicet, fugitivus ex oriente et Ruſſia (nomadum Scythicorum Sarmatarumque, ſua modo Barbarie nobilium, nec aliorum maxime, quam Baſilidarum noſtrorum imperio obedientium, adeoque præter Gothicæ linguæ vulgarem uſum (†) vix ulla mythiſtorica ſapientia imbutorum (*w*) plauſtris et veſtigiis leviter, ut ſupra dixi, pererrata,) numeroſa quidem familia, ſed nullo, nedum formidabili exercitu, in Suediam, a monarcha, totius utiq; Septentrionis, Gylſo, quaſi cognatus invitatus, læte adveniſſet, filios tandem ſuos Vitalandiæ, quæ poſtmodum Dania vocabatur, Norrigiæ et Ruſſiæ præficiens, iſti ſcilicet Skiolldum, illi Semmingum, huic Sigurlamum, prædicti Gylfi generum (*x*). Hujus, inquam, poſter. Odini tempore, emigrarunt, ejus imperii impatientes Galli, Helvetii ſ. Suitzeri (*y*) Cimbri et Teutones (*z*) ex Suio Danis, turmatim quidem ſub ſuis ducibus, ſed ulterius procedendo, aliis Germanis, puta, antiquioribus, (*) et qui fuere ceteri, in ſocietatem vel compulſis, vel allectis, auctiores multo redditi; mox, pari facta acceſſione, Suevi et Catti (†) una cum Marcomannis (*a*) ex Suio Gothis, nec non Harudibus, Vangionibus, Nemetibus et Sedusiis (*b*) ex Norrigiis; deinde Juti ſ. Joti Gotunique, adſcitis Saxonibus et Anglis, ex Gotunheimitis, Suediæ borealis incolis, et quidem duce primum Skiolldo in Sælandiam et Jutiam, Vitalandicas inſulas; deinde in Holſatiam et Germaniam ſub Vegdego (*c*) quibus acceſſere Norrigiorum Ost et Vest-Fali, ductoreBallduro (*d*) ſed qui, una cum Frakkis ſ. Francis, quibus Yggus ſ. Siggus præfuit, itidem ex Norrigiæ et Gothiæ confiniis,

Alſia,

Aſia, ſupra Albin Gothicum ſita, poſteriori tandem ævo, iſtis innoteſcere cœperunt nominibus (*t*) Interea LONGOBARDI exiverant, qui genus et primordia ſua ad Giukum Norrigium retulerunt (*f*); quemadmodum et HERULI (*g*) et VANDALI (*h*) ex SvioGothis; tandemque NORMANNI et ASKOMANNI, (*r*) piratæ famoſiſſimi, ex ſingulis ſeptemtrionis regnis prodeuntes, ut alios jam præteream, cum recenſitis, alibi diligentius et gnavius deſcribendos.

(*q*) De *virginibus Hyperboreorum*, cum *Diis* et *ſacris* a *Scythis*, ad *occidentales*, mox ad *auſtrales* gentes, deinde ad *primos Græcorum Dodonæos*, tandemque in *Delum* profectis, ex Platonis Axiocho et Herodoti Melpomene, Rudb. T. I. pp. 536. 758. coll. 290. 419. T. II. p. 55. inprimis T. III. pp. 216. ſeqq 482. exquiſitiſſime egit; cui addantur Stiernhielm. in Anti-Cluv. de Hyperboreis, et Verel. in nott. ad Gothrici hiſt: de eisdem; item Introd. pp. 33. 47. 75. 129. 131. 133. 137. 143. 153. 155. ſeq. 163. ſeq. 173. 175. 177. 179. ſeq. 185. ſeqq. 193. 199. coll. pp. 51. 101. 123. (*r*) *Inſulam Hyperboreorum*, a Græcis antiquiſſimis maxime celebratam, aliam non eſſe, quam *Scandiam*, pari demonſtravit induſtria Rudb. T. I. pp. 365. 372. 374. 387. 398. 469. 474. 657. 659. T. II. p. 81. coll. Introd. pp. 127. 151. 173. 181. (*s*) *Germanorum ſeptentrionalem* ſ. *Scandicum ortum* ex Edda, Strabone et Ceriali, patefeci in introd. pp. 17. --26. 57. coll. p. 61. ſqq. (*t*) Nullam e *Germania* inculta, in *Scandiam*, et *mari* et *terra* jam dudum valentiſſimam, factam memorari migrationem, recte urget Lagerlœfius in comment. ad Suec. ant. et nov. pp. 74. 81. cfr. Introd. pp. 9. 17. 23. 25. 55. 127. 147. (*u*) De *Vitalandia* ſ. Danicis inſulis, in quibus *Hleſſeæ*, ab *Ægiro* ſ. *Erico* excultæ, vide Introd. p. 7. ſeq. Eundem tamen *Boream Erichtonium*, cum 4000 *equabus* h. e. *navigiolis* hinc abeuntem, vocatum fuiſſe, adſtruere conantur Rudb. T. I. pp. 790. ſqq. T. III. pp. 273. 275. 759. et Peringſk. ad vit. Theod. pp. 408. 412. ſeq. cfr. Introd. p. 109. (*u*) *Italorum* aborigines *Scythas*, ſupra §. III. Litt. L oſtendi, porroque de *Sicyonibus* ſ. *Læſtrigonibus* et *Naſamonibus* vid. Introd. pp. 33. 179. 213. 219. (†) *LinguaGothica* (quæ et *integra* tempore Odini poſt: manſit, et *duplex* ſc. *Deorum* et *Hominum* fuit) *propagationem* per totam olim *Scythiam*, ibidem pp. 24. 127. 149. 151. 199. 201. probatum dedi. (*w*) *Tattarorum* et *Siberiorum ruditas* ac *feritas*, eccui non, ex antiquioribus æque ac recentioribus hiſtoricis, innotuit? cfr. §. IV. litt. C. D. E. §. VI. litt. O. item Introd. pp. 135. 149. 151. 195. Unde eorum opinio corruat oportet, contendentium, *Odinum* poſt cum ſuis Aſianis, *mythiſtorias* ſ. *fabulas* veterum Scytharum ſecum intuliſſe et incruſtaſſe; vid. de *Sapientia veterum Hyperbor.* §. V. litt. ult. coll. ipſo noſtro opuſculo p. 90. Sed de *colloquio* ac *diſceptatione Gylfi* cum dicto *Odino*, notatu omnino digna protuli in Hiſt. Crit. Script. Sept. §. V. (*x*) *Odinum* ex oriente *fugitivum*, et *familia* ſolum inſigni comitatum, a Scandianorum Monarcha

Gylfo *invitatum* fuiſſe, tanquam *conſanguineum*, nec, antequam eidem ſuc-ceſſiſſet, in Aſiam utpote cum filio Gauto abeunti (de quibus plura in Exam. Run. §. VII.) imperium aliquod obtinuiſſe, in Introd. pp. 13. 14. 15. 19. 27. ſeq. 34. 135. rationibus me eviciſſe puto vero admodum ſimilibus. Et quidem eum poſtea, *liberiores* cives, h. e. *monticolas*, ad Alpes Scandicas habitantes, imperiumq́ eius, tanquam peregrini, ſolito forte ſeverius, detrectantes, ideoque ignominioſo vocabulo *gigantes* nuncupatos, *armis* tantum non ſemper perſequutum fuiſſe, ex Eddæ mytholl. 19. 36. 38. 49. 51--58. liquido poterit pateſcere. Cumque præterea conſtet, gentes *boreales*, maxime *fœcundos*, et ſimul *anguſtiis* patriæ preſſos, *ſedium mutandarum* amore ductos fuiſſe, haud mirum, eos, jam longa forte gaviſos *quiete*, et *Odinianorum juga* colla haud facile ſubmittentes rigida, libenter *ſolum vertiſſe*, alioſum inſtituris *migrationibus*, quas et *his temporibus* factas eſſe, tot annalium fides inconcuſſa adprime evincit. Etenim, quod non modo ipſe *Odinus regna filiis* ſuis adſeruerit *Scandica*, ut *Sigurlamo Gardariciam* ſ. Ruſſiam, tanquam, ex conjugio cum Regis Gylfi filia, hæreditariam (Herv. hiſt. c. II.) *Skioldo Daniam*, ut feudum ab eodem donatum Gylfo (Sturleſſ T. I. p. 5. coll. Introd. p. 15.) *Semmingo Norrigiam* (Torf. Hiſt. Norr. T. I. pp. 141. 169.) verum et dicti filii, vel potius *nepotes*, quo imperium Odinianum eo efflorescerer liberius, ulteriore *indigenarum acceſſione* adjuti, in *Germaniam*, ut incultiorem et ampliorem, conceſſerint, jam ſuccincte exhibendus potiſſimarum gentium, e noſtro ſeptentrione profectarum, catalogus, ſatis ſuperque edocebit. (y) De *Gallis*, qui *Helvetios* ſ. *Suitzeros* ſecum duxere, ſupra §. III. litt. K. diximus, coll. Peringſk. ad vit. Theod. p. 431. ſq. (z). De *Cimbris* et *Teutonibus* ibid. lit. I. coll. Cellarii diſſert. de iiſdem (*). *Germanorum vetuſtiores* cenſentur fuiſſe *Cheruſci*, *Ubii*, *Uſipetes* et *Tencteri*, vid. Introd. p. 23. (†) *Suevorum* natales, quorum et ſub nomine *Catti* ſ. Gothi latuerunt, optime indagavit Rudb. T. I. c. 24. coll. Introd. pp. 9. 19. 23. 137. ubi et p. 24 Bælii, ex Novell. ejus litterr. egregium de *Suevis* noſtris, qui *Germanos ad Rhenum expulerant*, judicium produxi. *Svecia*, ſane, *Suioniæque* diſtinctum *ſitum*, ad mentem Cæſaris et Taciti, ſuccincte tradidi in præfat. ad Volum. Hiſtoricum p. 21. (a) *Marcomannorum* ſedes in *Marchiis* Gothicis et Suedicis oſtendi in Introd. pp. 17. 67. (b) *Norrigicas* colonias *Harudum*, *Vangionum* &cc. vid. ibid. p. 17. ſeq. (c) *Jutas*, *Anglos* et *Saxones*, a Gefione Skiolldi uxore, permiſſu regis Gylfi, e Gotunheimiæ noſtræ *Jotlantia*, *Angri*-mannia, *Sax*oniaq́ Medelpado Dalica, et *agricolis* ex Uplandia *Langer*enſibus junctos, in Danicam Sælandiam et Jutiam (unde in Holſatiam et Saxoniam abivere) fuiſſe ductos, in Introd. pp. 15. 67. coll. p. 9. et Rudb. Tabula Atl. 43., indiciis ſufficientibus puto me demonſtraſſe; ut mirer Torfæum in Hiſt. Norr. T. I. p. 143. Daniam ſic *auctam* et *ornatam*, cum *Svedia detrimento*, contendere. De *Vegdego* ceteriſque mox recenſendis Odini nepotibus, vid. Eddæ prolog. c. III. coll. Torf. L. c. pp. 142. 146. 137. (d) *Oſt* et *Veſt Falorum* patriam *Norrigiam*, in Introd. p. 15. ſeq. indicavi, nuncupati autem ſunt a *fal*, *fold* eremus, deſertum (e).

Francos

Francos Scandia exiviſſe, ibid. p. 17. aliorum auctoritate ſignificavi; addens jam, præter *Freculſum*, cujus in opuſculo noſtro p. 13. memini, non tantum Eumenium in Conſtantino c. 6. atque Fl. Vopiſcum in Probo c. 12., qui Francos ab *ultimis Barbariæ littoribus avulſos*, *inviisque ſtratos paludibus* referunt, ſed et Geographum Ravennatem, Gothum, et Sec. VII. ſcriptorem, cujus fide p. 16. conſtet, Francos vocatos fuiſſe *Mauringanos*, quod in *patria Mauringia* ſ. *Albia* quadam *Nortmannica* habitaverint, juxta *littus Oceani*, *Serdifinnis* vicini, quos, ut pp. 61. 88. 105. habet, Gothorum philoſophi *Aithanaridus*, *Eldevaldus* et *Marcomirus* deſcripſere. Adpoſite utique, cum, præter *Norrigiam* (quam ille *Nortmanniam*, immo *Daniam*, a proximæ regionis nomine, ut *Scandiam* ſ. *Skanzam* a *Skania*, more Scriptorum Francicorum appellat) etiam Blekingia et Calmaria, Suedica territoria, *Mauringias* ſ. *Maurias*, h. e. *paludoſa loca*, habeant, cfr. Introd. pp. 17. 19. ubi et illis vicinum, Gothiæ maximum fluvium, *Albim* memoravi, ad cujus boreale latus *Albia* jacet, ſeu *Alſia*, *Alfheimia*, hodie *Babuſia*, Norrigiæ olim diu adnumerata, quippe a dicto fluvio ad Norrigicum *Romalbim* usque extenſa, cujus oſtium *Suineſund* vocatur. vid. Herv. hiſt. c. 1. et Thorſtani Viking. hiſt. c. 1. ut et Petri Claudii deſcript. Norrigiæ, apud Torfæum in Hiſt. Norr. T. I. pp. 31. 36. 170. Adeo videtur quidem Ravennas ille, errore cognominum, noſtrum Albin cum Saxonico confudiſſe, prorſus quemadmodum Strabo et Ptolemæus, ut ex Introd. p. 19. videri poteſt, nihilominus elegantem, quam mox prodit, orbis noſtri deſcriptionem, perſequi haud ab re fuerit. Enimvero poſtquam ex Francorum *patria Albi* in meridiem ad *Dacias*, in quibus Hunni agebant, et inde usque ad *Illyricum* et *Dalmatiam* excurrerat, p. ſeq. ſeu 17. ad *Nortmannorum vicinos* et *Borealium ultimos* reverſus, *Scirdefinnos* vel *Rerefinnos rupicolas* indagat, inde ad *Scytharum patriam*, Oſtro-Botniam, juxta Pontum noſtrum, ſe convertit, e qua tamen minus recte *Selavinos* prodiiſſe vult; quod vero *Vites* et *Chymabes*, h. e. *Piteos* (vid. introd. p. 217.) et *Kymaos*, pariter ex illa *Scythia* egreſſos dicat, ab æquo Lectore facilem obtinebit veniam. Deinde *Sarmatarum* ſ. Venedorum *patriam*, ad ſinum Venedicum, deſignat, quam an *Carpi*, eodem dicente, natalem agnoverint, plane dubito. Hinc ad *Roxolanos*, ſeu Alanos, an Roſlagos? tranſit, et *poſt eorum terga intra Oceanum* ſ. mare Balthicum, ingreditur *magnam* noſtram *Inſulam*, *antiquam Scythiam* ſ. *Scanzam* (cfr pp. 55. 806.) unde *Gotthos*, *Danos* ſimulq; *Gepidas* antiquitus exiviſſe tradit. Tandem ad *Amazonas* in orientem excurrit, indeq; in *Dardaniam*, paſſibus utique latiſſimis. (*f*) *Longobardos* genus ſuum ad *Giukum*, Halfdani, Regis Norrigiæ, filium, referre, ideoq; et, P. Warnefrido ſimul præeunte, *Scandia* egreſſos fuiſſe, in Introd. p. 19. probavi; nec jam prætereundum, quod idem tradat, eos, poſt *Golandam* ſ. Gotlandiam relictam, poſſediſſe *pagos* quosdam vel *loca* (potius inſulas depravatorum nominum) *Anthabeth*, *Bathaib* (quæ inter Oelandiam vicinaque inſula fuerint) et *Vurgundaib*, puta *Burgundey*, Burgundiorum inſulam, quæ et olim *Borgundarholm* vocata, ſed hodie *Bornholm*; unde et, præter Burgundios, Iomsburgenſium in Pomera-

nis piratæ exiverint, probante Torf. L. c. T. II. p. 288. Certe, Peringſkioldius ad vit. Theod. p. 406. ſeqq auctoritate Lapidum runicorum, Scandicum eorum ortum ſtatuminat, quem et ego in Exam. runico latius confirmavi. Hinc ut eorum mentio in uno alteroque *Norrigico* lapide, quos dicto Libro produxi, injicitur, ita et Sturleſſonius in Hiſt. Regg. T. II. p. 321. *Longobardici* cujusdam *territorii*, in Norrigia ſiti, meminit, adeo ut fidem mereatur ſimul aliquam auctor hiſtoriæ Volſungorum, quando eosdem p. 87. in Volum. noſtro Hiſtorico, una cum *Francis*, apud Danos commemorat. cfr. Torf. L. c. T. I. p. 484. ubi eorum eponymum et ductorem *Bardum Longum* fuiſſe conjicit. (*g*) *Herulorum* patriam *Thulen* ſ. Scandiam, ex Procopio et Jordane, additis Lapidei inſcriptionibus, *Peringſk.* L. c. pp. 317. 463. rite docuit, coll. Arpo Them. Cimbr. p. 288. ſeq. (*h*) De *Vandalorum* eodem ortu, egerant, ante dictum Arpum L. c. p. 193. auctores diſpp. Upſ. *Aſdingicam*, ſ. divinam Odini progeniem, unde eo *Anſes*, proceres Gothici, vocati, ipſi celebrarunt, teſte Jordane, qui eos ex *Oceano* noſtro prodiiſſe aſſerit. cfr. introd. p. 31. (*i*) *Normannorum* patriam, Norrigiam, Daniam et Svio Gothiam, recte ſtatuunt Rudb. T. III. coll. indice, Torfæus L. c. T. I. p. 24 auctor Diſp. Upſ. de Rerum Normann. Initiis, et Arpus. L. c. p. 259. *Aſkomannos* (ab *aſk* navigiolo, in formam fere *utris* facto, qui et *aſk* vocatur, vid. Verelii Lex.) alio nomine *Vikingos* ſ. ſinuum luſtratores, vel piratas, nuncupatos, Adamus Brem. in de Situ Regnn ſept. p. 142. quaſi e *Scania* exceſſiſſe, ubi *aurum plurimum* congeſſerint, haud obſcure innuit. Meſſenius in Scond. illuſtr. T. I. p. 74. adſtipulante Conringio de Finibus Germ. p. 205. ſub Erico Victorioſo eos in Saxoniam et Friſiam exiviſſe ſtatuit; negantem autem Oernhielmium in Hiſt. Eccleſ. pp. 133. 146. potius audiendum judico; ubi eos *collectas ex ſuperiorum Regulorum et Heroum ſanguine cohortes* perhibet. Profecto, non novi erant ejusmodi *piratarum* excurſus, cum et auctor hiſtoriæ de Sigurdo Taciturno MS. c. 38 eosdem commemoret, quemadmodum et Sturleſonius T. I. p. 160. in vita Haki Adalſteini Alumni, Norrigicum heroa *Alfum Aſkmannum*, notanter nominet.

✡ ✡ ✡

Sed his Scandianorum initiis et migrationibus, prolixius, quam initio cogitaram, expoſitis, reſtat, ut de IPSO noſtro OPUSCULO nonnihil moneam; quod, nimirum, OCCASIONE amicæ diſceptationis de orthographia pronominum TU et THE, ſive DU et DE, hisq; affinium aliarum vocum, ex pronuntiatione runæ Þ ſeu D, breviſſimo tramite arceſſenda, oſtendere voluerim, VETERES ſ. gentiles Scando Gothos, qui RUNIS (*k*) modo XVI. adeoque SIMPLICISSIMA VOCUM ENUNCIATIONE quarumcunque gaudebant, haudquaquam, litteras T. et D. ſequaci ADSPIRATIONE qua-

quaedam, extuliſſe et exaraſſe; eamque ob cauſſam, iſtas, utet alias SIBILANTES AC DENTALES, quibus praeſertim Iſlandi adſuerunt, ad ANGLOSAXONICAM et FRANCO TEOTISCAM DIALECTUM referendas eſſe, quae et eatenus originis ſit Sclavicae. Unde praeterea deducendus erit tam VARIUS ADSPIRATAE iſtius litterae USUS et CONVERSIO in K. quam ejusdem, aliarumque vocalium mirabilis DUPLICATIO. Ita vero varias OBSERVATIONES critico philologicas inſpergere neceſſum erat, de ORTHOGRAPHIA RUNICA, Scando Gothorum non modo, ſed et ISLANDORUM, et quidem paſſim, qua APICUM et PUNCTORUM plurium adpoſitionem, ut RECENTIOREM. Quas quidem obſervationes, non adeo ex monimentis LAPIDEIS confeci, quae nempe a DANIS et NORRIGIIS exiguo (*k*) a SVIOGOTHIS autem magno jam dudum numero in publicum edita, quorumvis curioſorum judicio, a partium ſtudiis alieno, ſuorum characterum et vocum inſignem ſimplicitatem abunde adprobent; ſed vel praecipue ex CODICIBUS MSS. qui et RUNIS (*l*) et VULGARIBUS LITTERIS (*m*) conſtantes, MEDII AEVI BARBARISMUM, idiomati ScandoGothico, quod VULGARI ORE integrius multo, et ISLANDICO ſimillimum, conſervabatur, nefarie illatum fuiſſe, certiſſime darent evictum. Neque vero, ea ratione ſuperflua exiſtimabis, quae immixta ſunt, varia gentilium noſtrorum VOCABULA, indubie AngloSaxonicis Graecis, et Romanis reſpon-

(*k*) Laurentius Petri, quem in opuſculo p. 87. tanquam runognoſtam SuioGothorum praecipuum, advocavi, antiquiorum more, manuſcriptas runas vocat *ritruner*; primitivas *arlaruner*; ſaepius punctas *nyarſvingar*; conſonas *mållſtafvar* et *medljudingar*; vocales *ljudſtafvar* et *ſjelſljudingar*; diphthongos *limmingar*; initiales *höfdeſtafvar*; dialectum *tungobragd*; litteratorem et ſcribam *runeritare* vel *runeyrkare*; formam *fetlek* &c. (*l*) Mirere, nonnaeque in *Daniis* et *Norrigicis* lapidibus, atque in Suio Gothicis quamplurimis, *profeſſionem* aliquam in *Graeciam* memorari, niſi nonnusquam in *Angliam* et *Longobardiam*, ut in Exam. Runico obſervavi. (*l*) Ut *Hialmari* hiſtoria, Colloquium *Marianum* et *Limitum* deſignatio quorundam. (*m*) Quos inter praecipui ſunt *Legum* et *Originum* Gothlandicarum, *Oſt* et *Veſt Gothicarum*, *Dalecarlicarum* et *Veſtmannicarum*, quibus Uplandicae plerumque conſonant leges.

ſpondentia; nimirum JUL, feſti tropici, et quidem ſummi, appellatio; OEL et BIOR cerviſia; PELL velum; HLÆMM mus Alpinus; HORG fanum &cc. Tandem haud ſpernendam me protuliſſe videbis, RUNARUM, quarum ætatem brevibus vindico, cum litteris EBRAICIS (n) GRÆCIS et ROMANIS antiquioribus COLLATIONEM, quæ BASI omnium ejusmodi characterum nitatur (o). Quorum quidem FIGURÆ negligentius a ſculptore rudi exciſæ ſunt, ſed quæ, cum aliis apographis collatæ, exſtantem ſatis, quam urgeo, ſingulorum characterum ſimilitudinem, adumbrare poterunt. Potuiſſem porro, e ternis Juſti Fontanini alphabetis ETRUSCIS (p) ejusmodi convenientiam prolixius oſtendere, nominatim numi cujusdam inſcriptionem exponere, qui vocem ULPH, cum figura LUPI, litteris repræſentat ETRUSCO GOTHICIS, ſed temporis, qua premebar anguſtia, obſtitit, quo minus ejusmodi deliciis immorari liceret, quas tamen brevi commodius (q) me ſpero repetiturum. Addidi de cetero GEMINAS APPENDICES, unam, qua Iſlandorum ſententiæ, de runæ Þ pronuntiatione, meis reſtrictæ obſervationibus continentur; alteram, quæ, ut ortus MOESO-GOTHICÆ linguæ eo pateſceret clarius, ejus cum Scando Gothica

(n) *Ebræorum* Grammaticos docere, olim, ante vocalia puncta, a Maſorethis adſcripta, *vocales litteras, matres lectionis* vocatas, in uſu fuiſſe, præter citatos in Opuſculo hoc p. 91. auctores, pluribus docet celeb. Danus E. P. Vindingius in Diſſert. de Litterr. Græc. Origine p. m. 29. (o) *Baſin* iſtam IS ſ. ISIRIS, et *apices* KNÆ vocatos, ibidem pp. 79. 81. 88. non modo ex Runographia Gothica probavi, ſed et ex Sanchuniatonis ſcriptis adſerui, cujus verba huc maxime ſpectantia, apud Euſebium in Præpar. Evang. L. I. ita jacent: ὢν Prophetarum Phœnicum, εἰς ην Ισιρις των τριων γραμματων ευρετης, αδελφος Χνα πρωτυ μετονομασθεντος Φοινικος. (p) *Alphabeta* iſta in ejus antiqq. Hortæ Coloniæ Etruſcorum Libris II. proſtant, cfr. Acta Lipſ. A. 1709. De *Etruſcis litteris*, Livio et Plinio memoratis, quod magno olim in pretio apud Romanos haberentur; ut et de *Runarum* antiquitate, nonnulla ipſe protuli indicia in Introd. p. 33. coll. pp. 9. 25. 37. 43. 47. 49. 53. 67. 81. 83. 124. 132. 135. 141. (q)

Gothica veteri PARALLELISMUM (r) ob oculos ponit, et quidem ex Capitibus quibusdam Verſionis Evangeliorum ſecundum Matthæum et Lucam, ab ULPHILA olim concinnatæ, levi protractum brachio, ſubjuncta paſſim VOCUM, minus jam ac olim tritarum, EXPLICATIONE (s). Qualem utriusque linguæ Harmoniam ex cunctis ceteris Capitibus omnino facilem exhibere potuiſſem, ni ſciviſſem, hanc noſtram Lectori ſufficientem fore curioſo, qui modo, GRÆCI textus GENIO et LACONISMO, quem Ulphilas accurate plerumque ſervat, ſuapte induſtria præſcito, GOTHICÆ VETERIS VOCES et DIALECTOS, ex LEGIBUS SuioGothicis, GOTHLANDICIS præcipue et BIARCALIBUS, additis Verelii Lexico (t) et Spegelii Gloſſario, cognitas ſibi reddiderit et familiares.

Scilicet in Tr. de Antiquitate Rei Numariæ in Scandia. (r) In *parallelismo* illo *extemporè* facto, non voces ScandoGothicas ad regulas Grammaticorum ſemper exegi, ſed quatenus *indiſciplinabilis*, ut cum Ottfrido de lingua Francica loquar, *vulgaris lingua idiotiſmus* paſſim ſervandus erat. Inde vero adhuc nonnulla, quæ emendationem poſcunt, exprimere licebit: ut Pag. 102. in ScandoGoth. lin. 3. *huait* idvara.- P. 106. l. 6. aſmait *da*, ja- P. 120. l. 9. regn, ja *kuam aar.* (m) ja.-- P. 114. l. 23. opes hæredibus relictæ, rectius: *hæreditas vacans*, *caduca*; danisf.-- P. 125. ſot *fuligo*; (s) *Gloſſarium*, Stiernhielmiano longe uberius, confeci, quale et Danorum et Islandorum eruditi, dare poterunt indubie. (t) *Verelii Lexicon* duplo auctius reddidi, immixtis etiam phraſibus Skalldicis ſ. Poeticis, addita præterea interpretatione longe ſtrictiore, et idiomati SvioGothorum hodierno convenientiore, unde ejus cum Iſlandico ſumma percipi poſſit convenientia. Ultimum notes velim B. L. in prolegg. hiſce p. 7. pro *Hiſpaniam* legendum eſſe *Galliam*; quæ autem fuerint alia ſphalmata, méo, nimis perpérante, calamo melius notabis et emendabis.

Plin.

Plin. L. VII. Epiſt. 25.

O! quantum eruditorum, aut modeſtia ipſorum, aut quies operit et ſubtrahit famæ.

Cicero in Bruto c. 24.

Putant majorem viſum iri ſuam dicendi gloriam, ſi in exiſtimantium arbitrium ſcripta ſua non venerint.

Horatius L. II. Sat. 3.

Invidiam placare parant, virtute relicta.

Seneca Epiſt. 55.

Illi latere ſciunt, non vivere; multum autem intereſt, utrum vita tua otioſa ſit, an ignava.

Confer. Heumanni Conſp. Reip. Litterar. c. VII. §. 28.

§. 1.

§. I.

NUper AMICI quæſiverunt, vtrum omnis pæne in me obtorpuiſſet ANIMUS SCRIBENDI; cum ſcriptorum, quæ apud me lateant haud pauca, nil fere, his proximis annis, in lucem dederim publicam; an vero tandem ego temere cogitarem, PRÆMIA heic terrarum dari ſilentibus, pigellis & altum quaſi ſtertentibus? Nolim tamen reſponſum, extempore eis datum, omnino licet modeſtum, huc transſcribere, memoria quippe eorundem probe exceptum & cuſtoditum.

Inter varia autem, quæ eadem occaſione, nobis de SCANDICÆ LINGUÆ ORTHOGRA-

PHIA placide conſabulantibus, ſuborta fuere dubia, nec minimum illud erat, Suedice ne pronomina TU & ILLI hisque COGNATA & ADFINIA, ſcribenda forent TU & THE, an potius DU & DE? Conſtabat, profecto, variis in hanc rem animis ac argumentis disputaſſe CRITICOS linguæ noſtræ curioſiores, & optabamus magnopere, ne ad DAMNUM usq; ſive LINGUÆ ac SCRIPTURÆ SUIO GOTHICÆ, quæ aliis fere omnibus PALMAM facile præripiat (A) ſive ARTIS ipſius CRITICÆ, cujus ROBORA præcipua, in LUCULENTA ANTIQUITATE & SUCCINCTA LOQUENDI SCRIBENDIVE CONSUETUDINE conſiſtere noverant ipſi, hypotheſibus autem ſuis inferiora maluerant plurimi.

Ego mox nonnihil miratus, quod Th. THE adeo amato, TU tamen potius quam THU ſcribere voluerint diſſentientes, idque eapropter, quod vtriusque pronominis eadem prorſus eſſet ratio, poſteriorem ſcribendi modum per DU & DE, tam ab vtroque iſto robore, quam a conſueto ILLUSTRIS CANCELLARIÆ COLLEGII STILO, gnauiter eſſe commen-

mendandum, jam tum dixi & breviter demonſtravi; Amici autem curæ ac operæ pretium me facturum arbitrabantur, ſi cogitationes meas, pluribus forte corroborandas argumentis, DOCTORUM, rei LITTERARIÆ publicæ, PROCERUM judicio ſubmitterem, ac probarem. Adeo hisce quaſi ſtimulatus, calamum arripio libere atque ſtringo, nemini, niſi, quod præfiſcini dixerim, plane moroſo, vel etiam petulanti, moleſtiam, ne dum otii melioris interturbationem, allaturum.

(A) Non jam PRÆROGATIVAM loquor Linguæ noſtræ ac ſcriptionis, ab ipſa ANTIQUITATE gentis HYPERBOREO, OGYGIO GOTHICA ſive ATLANTICA arceſſendam, quam utpote Introductio mea ad Antiqq. Hyperboreo Gothicas ſatis inculcat; ſed aliam hujus maxime loci, quod nimirum omnium gentium politiorum, ſi modo GENIUM LINGUÆ ac LITTERATURÆ GOTHICÆ ſectari velimus, optime & loqui & ſcribere poſſimus, PAUCIS puta LITTERIS animorum ſuccinctas cogitationes exprimere, adeo vt vtrobique NIL ABUNDET, NIL DESIT, niſi quod CRASES quædam celeriter loquentibus, vel etiam jocantibus, ſubinde excidere queant, ſuis quidem leporibus neutiquam deſtitutæ (a). Qui de cetero cognoſcere aveat, quam lingua noſtra, non ſolum qua SIMPLICITATEM, PROPRIETATEM STRICTAMQUE CONFORMATIONEM, ſed & qua TRANSLATIONEM & COMPOSITIONEM VERBORUM, valde ſit PRÆSTANS, LOCUPLES & NERVOSA, is conſulat rogo ſcriptores hujus rei,

 a me

a me in dicta citatos Introduct: (*b*). Ubi etiam (*c*) rationibus rite ex antiquitate computatis, oſtendi, eamdem pro ANTIQUISSIMA SCYTHO CELTICA, indubie eſſe habendam, cujus etiam ſententiæ, cum STIERNHIELMIO in Præf. ad Vlphilæ Evangg. RUDBECKIO in Atlanticis, PERINGSKIÖLDIO in notis ad vitam Theoderici, aliis, probe conſcii fuere, quos ibidem laudavi, exterorum doctiſſimi & æquiſſimi, SHERINGHAMUS, SCHURZFLEISCHIUS, vterque KIRCHMAJERUS, WEBERUS, EGGELINGIUS, CHAMBERLAINIUS, STADENIUS, EGENOLFUS; illuſtris WESTPHALUS; quibus addi meretur G. SCHUBARTUS (*d*).

§. II.

Nituntur diverſa ſentientes præſumta maxime opinione, de ISLANDORUM PRONUNTIATIONE runæ þ, illosque hujus, ceu & alius Litteraturæ ac linguæ Gothicæ INDOLEM ac VSUM ANTIQUUM, omnium optime callere atque exprimere, ſerio dictitant vrgentque obnixe. Aſt hoc modo, ERROREM duplicem mihi videntur errare. VNUM, quod opinentur Islandos þ per TH reddidiſſe, adeoq; & ipſos olim GOTHOS; cum tamen

(*a*) cfr. §. V. litt. M. (*b*) p. 105. (*c*) pagg. 27. 59. 107. 111. 135. 141. 143. & alibi paſſim. (*d*) In Diſſert. de Gothorum ortu. cfr. §. ſeq. litt. C. paſſim, & §. VIII. litt. V.

tamen ipſorum doctiſſimi teſtentur, VERUM iſtius runæ SONUM, licet in initio vocum, vel potius abſolute, audiat quaſi Z ſeu TSH, vel rectius DSH, tamen generatim maxime, ex ſolenni ſua indole, Latinorum D, ſive ASPERIUS ſive MOLLIUS, vbicunque demum ſcribatur, referre (B). Quare & ego priorem hujus runæ þ valorem SIBILANTEM (quem Svio-Gothorum, immo Scandianorum nemo, olim pronuntiavit, ne dum hodie pronuntiare poterit, vt ſeqq. §§. præſertim §. VI. litt. X clariſſime probabo) cum ALIIS nonnullis, HAUD DOMESTICÆ FRUGIS, DIALECTIS ac IDIOTISMIS, Islandos, præcipue recentiores, ab ANGLIS & GERMANIS mutuatos fuiſſe (c) ideo vix dubitaverim affirmare, quod hi ejusmodi ſcriptione & pronuntiatione olim gaviſi fuerint, & hodie fere gaudeant; fidem præſertim facientibus, ANGLO SAXONUM pariter ac FRANCO TEUTONUM CHARACTERIBUS, DIALECTIS ac IDIOTISMIS, ſimilibus, quæ cum VICINITATE, FAMILIARITATE ac NECESSITUDINE GRÆCORUM & SCLAVORUM, temere ſuccrevere, & tandem tenerrime obtinue-

nuere, quæque adeo jam dudum, felicibus innotuere ſtudiis ac gloſſariis, G. LAMBARDI, LAZII, LINDENBROGII, JUNII, STIERNHIELMII, SCHILTERI, HICKESII, DIECMANNI, ECKARDTI, PALTHENII aliorumque. Etenim quantumvis CHARACTERES nonnulli MOESO GOTHICI & ANGLO-SAXONICI, MARCOMANNICI autem, ſive NORRMANNICI, plurimi, adhæc VERBA & NOMINA pleraque dictarum Gothico Germanarum gentium, cum his ipſis, quod alibi demonſtro, ORIGINES ac RADICES clariſſime ingerant SCANDICAS; tamen ob iſtam, quam dixi, NECESSITUDINEM ac CONSUETUDINEM cum GRÆCIS & SCLAVIS, adeo magnam partem, in DIVERSAS abivere FORMAS & ADDITAMENTA alia, dum voces, ſecus ac Scandicæ, plerumque ſunt PRÆFIXIS & TERMINATIONIBUS LONGIORES, GUTTURALIBUS HIULCÆ, vel DIPHTHONGIS GRAVIDÆ, vel DENTALIBUS ASPERÆ, vt, niſi ab Hyperborearum antiquitatum peritiore, ægerrime civitati reddi poſſint Scando Gothicæ.*

ALTERUM committunt errorem adverſarii con-

contendēdo, ISLANDOS GOTHORUM VETEREM LINGVAM, cum ipſis RUNIS optime callere atque exprimere; prorſus contra veriorem vtriusque linguæ ac litteraturæ cultorum ſententiam, qua liquido conſtat, PRIMO, Islandos, SOBOLEM eſſe SCANDIANORUM & quidem proximam Norrigiorum, quæ jam tempore occœptæ ab HARALDO PULCRI COMO Monarchiæ, SOCIIS quibusdam SUIO GOTHIS (D) in arctoam illam inſulam profecta fuerit; DEGENERARE autem cum ſubole migrante linguam, inque dialectos & idiotiſmos ſingulares, immo linguam fere aliam, abire, notum eſſe cuivis rerum humanarum ſcienti. SECUNDO, a Norrigiis admodum paucos, ab Islandis autem, vt nullos SCIPIONES, ſeu Kalendaria ruſtica, atque LIBROS HISTORICOS, ita nec vllos LAPIDES MEMORIALES, RUNIS ſignatos, exaratos ac ſtatutos fuiſſe (E). Adeoque tantum abeſſe, vt Islandi runis æque ac VETERES SUIO GOTHI, qui ejusmodi monimenta lapidea, circiter MM, nobis reliquerunt, jam diu inventa & delineata, delectati fuerint, vt potius runæ iſti genti,

pror-

prorſus quemadmodum GOTHIS EXTERIS (F) in DESUETUDINEM venerint; niſi quod tandem ISLANDORUM aliquot SKALDI, aulam SUEDICAM, vel etiam alios hujus regni CIVES, identidem inviſentes, RUNARUM, vt ſimul maxime HISTORIARUM, aliquam eis reſtituerint vſurpationem, ſed talem, qualem ſæpe NORRIGIORUM & DANORUM, immo aliorum SCANDICÆ originis & cognationis populorum, runographiam adparere, ad numerum vtpote Latinarum litterarum AUCTAM, ſimulque ad NOVELLUM ſtilum CHRISTIANORUM, de quo §. §. V. & VI. plerumque formatam, apud Viros antiquitatum ſeptentrionalium conſultiſſimos, WORMIUM & HICKESIUM deprehendimus (G). TERTIO, LINGUAM ISLANDICAM, a Chriſtianis itidem ad REGULAS mage exactam GRAMMATICAS, teſtibus gentis ſcriptoribus & hiſtoriis, earumque collatione facta cum NOSTRIS antiquioribus & integrioribus, quæ tam RUNIS quam VULGARIBUS characteribus, edita ſunt, monimentis, legibus, &c. quoad multas voces, dialectos & idiotiſmos, haud parum DIVERTERE a Suio-

Go-

do Gothica veteri (H), quam tamen DANICA multo integriorem, cum antiquiori NORRIGICA retinet. De cetero, præterquam quod ipſi noverimus, gentes SUIO GOTHIÆ nonnullas, licet antiquiſſimam adhuc dum ſatis ſervantes LINGUAM, inter ſe diverſis vti dialectis, montanos, puta, DALEKARLOS & NORLANDOS, mediterraneos GOTHOS & SMOLANDOS, nec non ipſos inſulanos GOTHLANDOS, quamvis nullum adeo eis, vt fere ceteris, cum peregrina gente, linguarum interceſſerit commercium contagioſum; nota ſunt patriæ linguæ curioſis, vocabula provincialia, quæ paſſim ſolis invicem diſſidentia idiotismis, ſibi ſervavere propria, cum admiratione propemodum audienda.

(H) ARNGRIMUS JONÆ (*a*) & RUNOLFUS JONÆ (*b*) ingenue fatentur, runam þ, vocali in eadem ſyllaba poſtpoſitam, valere D, vt MAþR, BLOþ, pro MADR, BLOD, hancque ſcripturam magis NB. veteribus uſitatam, hodie fere exoleviſſe, præpoſitam vero vocali (RUNOLFUS dicit, in initio dictionum) peculiarem habere poteſtatem ac pronuntiationem, NB non prorſus TH, ſed quiddam craſſius, ſonans quaſi TSH (RUNOLFUS verius DSH) lingua inter primores dentes (RUNOLFUS, cum ſibilo) prope exſer-

(*a*) In Crymog. l. 1. c. 3. (*b*) In Grammat. Isl. c. 1.

exſerta, vt þA tunc; nomen habuiſſe olim þUSS, hodie þORN. Quod ipſum WORMIUS (c) reddit DUSS & DORN, rectiſſime, vt puto, cum ſua ἀξιοπιςότερα modo laudatis aliisq; debeat Islandis, adeoq; ſimul affirmans, þ ſolenni ſua indole, Latinorum D exprimere. Cui GODMUNDUS OLAVI, & ipſe Islandus, prædictorumque nemini iſthac poſt habendus ſcientia, rite aſſentitur, dicens, þ pronuntiationem habere duplicem, in initio vocum duriorem, ſed leniorem in medio & fine, cfr. hujus opuſculi appendicem. Quod præterea Islandi þ non proprie *Z* extulerint, patebit ex vocibus, §. ſeq. litt. I adferendis, in quibus nimirum per vices TS, þS, & þT dilucide obtinent; quo omnino pertinent Gothicæ non minus quam Islandicæ illæ, quas in cit. litt. 1. & ſeqq. q, x, *α*, *γ*, *δ*, *ε*, *ζ*, dabimus excerptas.

(c) Nam omiſſa jam prolixa commemoratione neceſſitudinis & familiaritatis, qua ISLANDI ac NORRIGII, tam mercatu quam militia, cum ANGLIS, maxime a Regis HARALDI PULCRICOMI tempore, creberrime gaviſi ſunt, dum & ipſi Norrigiorum & Islandorum PRINCIPES, COMITES, BARONES, CIVIUMQUE PRIMARII alii, cum ſuis, agmine veluti facto, in ANGLIAM, SCOTIAM, ORCADES atq; HIBERNIAM, migrarent, & plurimis dein ſeculis, vltro citroque vbertim commearent, de quibus vtpote STURLONIDIS & aliorum Islandorum hiſtoriæ, partim in VOLUMINE etiam noſtro editæ, multoties agunt; vtrique genti aliquem communem ſcribendi pronuntiandive morem obſervare præſtabit. Videlicet PRIMO, quod, quamvis ANGLOSAXONES litteris D & T uſi ſint, prædictam tamen runam þ, hujusque vna cum transſectarum litterarum Ð & Ʒ, ex conſuetudine

(c) In Litterat: Dan: pp. 84. 87. 95. 99.

ne ſequioris ætatis, (*a*) pronuntiationem TSH, DSH, TH, cum ſibilo craſſiorem, adhibuerint; prorſus quemadmodum hodie eisdem vſu venit, quod cum SKINNERO (*b*) & WALLISIO, (*c*) NYBORGUS Danus (*d*) totidem verbis, quot litt. præced. ex ARNGRIMO & RUNOLFO produximus, confirmat. SECUNDO, vt prætercam commune illud Anglis cum Islandis, pronominis ÞAD, ÞAT ſiglum, ꝥ, notatu digna eſt frequens etiam vtrisque ꝛ E loco I. vſurpatio, a Francica vtique dialecto, de qua in ſequentibus, accepta, cum tamen Gothis Scandianis, E non littera, saltem dubia fuerit (*e*). Exempla Islandicarum vocum, ſunto EARL, EATMUND, EARD, GEA, HEALP, FEODUR, AGEÆTUR, HROZ alibi HROSS-BEARN, LANÞGEÆTZLO, FEANDI (*f*) aliæ; quamvis iſtas litteras alibi, in dictis paſſim & adfinibus, alternare videamus (*g*). Sed & recenſitis addi poterint geminæ Islandorum IS, VAS, VESU, pro genuinis & Scandicis, ER, VAR, VORU, ille, erat, erant, quæ tamen, licet rariſſime, etiam noſtræ gentis lapicidis, non tam Anglicanizantibus, quam MœſoGothizantibus, vt infra oſtendam, adhæſere, idq; circa Chriſtianismi Gothici tempora, cujus rei teſtes videantur lapides apud Illuſtrem PERINGSKIÖLDIUM (*h*) rediiſſe enim MOESO GOTHOS, vt LONGOBARDOS & HERULOS, in patriam Scandiam, idem (*i*) tum ex MONIMENTIS RUNICIS, tum ex JOR-

(*a*) De qua §. VII. (*b*) In Prolegg. ad Etymolog. Angl. (*c*) In Grammat: Angl. (*d*) In *Adreſſe til det Engelske ſprogs læſning.* pp. 3. 6. 9. præcipue 25. coll. pp. 24. 41. (*e*) quod §. IV. litt. S probo. (*f*) ſeu *fiandi*, diabolus, hoſtis, quod a *fi*, *fia*, odio habere & *ande* ſpiritu derivetur. (*g*) confer Arii polyh: Schedas, Hafniæ, Olavi Tryggvii hiſtoriam, cum origg. Norrigiæ, Skalholti Isl. nec non dictas origg. atque alias hiſtorias, Stockholmiæ a nobis in Volum. hiſt. evulgatas. (*h*) In Geneal: Regg. Suio-Goth: p. 21. ſeq. & in nott. ad vit. Theoder. pp. 481, 485 - 493. (*i*) ibid. pp. 351. ſeqq. 473. ſeqq.

JORDANIS & PROCOPII hiſtoriis demonſtravit. Neq; minus huc pertinent, præter ITINERA Islandorum, inque his ſapientiſſimorum ARII & SÆMUNDI, quorum PET. RESENIUS (*k*) & TORFÆUS (*l*) meminere, etiam vel maxime ANGLO SAXONUM diutina non modo commmoratio in GERMANIA, ſed & eorundem ALPHABETI ac IDIOMATIS, cum MOESO GOTHICO æque ac FRANCO TEUTONICO, inſignis prorſus convenientia, vel inde liquido deducenda, quod FRANCI & SAXONES, ſicut hinc profecti Gothi, ex vicinitate & conſortio GRÆCORUM, inprimis SCLAVORUM ſeu VENEDORUM, in ILLYRICO, DACIA, THRACIA, MOESIA, PANNONIA, SARMATIA & GERMANIA, ſingulorum fere iſtorum multos CHARACTERES, VOCES & DIALECTOS, quin & ex iisdem, ſuarum vocum PARTICULAS & TERMINATIONES adſciverint. Accedit, quod, vt MœſoGothi in Germaniam migrantes, ita & SAXONES in ITALIAM & maxime FRANCIAM delati, tandemque in patriam reverſi, lingvam non potuerint, quin ſimul referrent corruptiorem, quam cum e Scandia proficiſcerentur. In cujus rei gratiam conſulendi ſunt GREGORIUS TURONENSIS (*m*), WALAFRIDUS STRABO, AIMONIUS (*n*), ZOSIMUS (*o*) & alii. Adeo etiam CHARACTERES ANGLO SAXONICI, præter LATINO LONGOBARDICOS, vel ſi mavis ANGLO SAXONICOS, plu-

(*k*) In Præfat: ad Godmundi Andreæ Lex. (*l*) in ſerie Regg. Dan:, atque Prolegg. ad Hiſt: Norrig. (*m*) in notis Diethmari ad Teſchenm. (*n*) in Hachenbergii Germ. Med. Diſſ. 7. pp. 238-343. (*o*) In Speneri notitia Germ. Ant. L. 1. pp. 36. ſeq. 41. 43. 46. coll. L. 4. pp. 181. 313. 337. Item Germ. med. pp. 382. 403. collatis Schurzfleiſchii Diſſ. Acadd. 29: p. 144. 61: p. 4. 65: p. 6. 30: p. 24. Hickeſii Grammat. Franco Th. p. 4. Wachteri Gloſſ. Germ. pp. 48. 207. 249. ſeq. 280. ſeq. coll. Præf. §. 46.

plurimos, vt ſupradictus þ ſeu ꝗ ita & ᚠ,Є, Ɡ, vel inverſus Ƨ, iidem plane ſunt cum Mœſo Gothicis, de quibus videre licet HICKESIUM (*p*), quorum etiam λ, ƛ, ᚠ, h, h ſeu ᛡ, ſatis conveniunt apte cum Scando Gothicis, forte & ᛟ cum runa ᚦ, ſi modo ob rationem ſcribendi promptiorem ſupina, continuo ductu adeoque lineolis clauſis exarata concipiatur, niſi omnino, Græcum Ω præferendum ſit. Interea MARCO vel NORMANNORUM characteres, quos ex aliis licet auctiores, inque incantationibus vſurpatos, cum nomenclatura oppido notabili, ex RABANO M. LAZIUS (*q*), dein WORMIUS (*r*) tandemque HICKESIUS (*s*) produxerunt, originis & integritatis Scandicæ indicium præferunt longe maximum (*t*). Ita quidem Anglo Saxonum litteras cum Mœſo Gothorum, in Franciam & Germaniam profectorum, ibique diutine comorantium, conſpirare oſtendi, quod & in Francorum characteribus, ex laudato HICKESIO (*v*) haud ægre cernere licet; qui dum etiam bene (*x*) inculcat, CAROLUM M. litteris PEREGRINIS ſtrenue operantem, ALPHABETA aliquot EXCOGITASSE, & Francos, præter Gothorunicas litteras, GRÆCO ROMANIS vſos fuiſſe, varie licet invicem commutatis, diſtortis, truncatis &c. cui ſententiæ proxime accedit GREGORIUS TURON. (*y*) ſic de CHILPERICO I. habens, ADDIDIT ET LITTERAS LITTERIS NOSTRIS, ID EST Ω SICUT GRÆCI HABENT Æ, THE, VUI, QUORUM CHARACTERES SUBSCRIPSIMUS HI SUNT O, Ψ, Z, Π; ET MISIT EPISTOLAS &C. præterea, dum ex EGINHARDO, OTFRIDO & a-

liis

(*p*) Gr. A. S. pp. 1. 3. 78. (*q*) in de migratt. Gent. (*r*) in litterat. Dan. pp. 42. 46. coll. p. 92. (*s*) locis infra in litt. G. citandis (*t*) cfr. quæ in Introd. pp. 17. 37. 67. de Marco & Normannis notavi, coll. Egenolfi hiſt: lingu. Germ. P. 2. pp. 246. 326. (*v*) Gr. Fr. Th. p. 3. (*x*) ibid. pag. præced. (*y*) L. 5. c. 45.

liis (z), HICKESIUS (1) & EGENOLFUS (2) narrant, quod Cæſar iſte, non modo SCLAVICAM lingvam, publica adprobatam ſanctione, præceperit civibus ſuis ediſcendam, verum & GRAMMATICAM inchoaverit patrii ſermonis, quam OTFRIDUS vtique ſcriptis ſuis deinde perfecerit, redacta adeo ſæpiuſcule Francica lingva, ad genium Græcæ & Sclavicæ, quem etiam ipſa gens jam dudum, cum Mœſo-Gothis, in oriente & Germania hauſerat. Hinc ad FRANCO THEOTISCAM jam propius accedentes, prætermiſſis non paucis ac totis, quæ in ſcriptis RABANI M. TATIANI, OTFRIDI, KERONIS, ISIDORI HISP. aliorumque, vt & in Gloſſariis eruditorum proſtant, originis Græcæ & Sclavicæ vocibus, in particularum maxime PRÆFIXARUM numero, qui vt multus & varius, ita & lingvæ recentioris index bene certus, non tam obſervamus, nonnullas ex Scando-Gothicis clariſſime hauſtas, vt BI, BE ex VI, VE, VID, VED, juxta, ad, cum, contra; ANT ex AND, AUND, END, adverſum, oppoſitum, rurſus; ENN & ENT, ex AN, defectu, UND, ex, ſub; ER ex UR ortu; UN ex U, o privativo; quam inprimis, quæ non ex iſta Scando-Gothica lingva, ceu omnium ſimpliciſſima, proindeque pauciſſimis contenta ſyllabicis augmentis, nec aliunde niſi ex GRÆCA demonſtrari & repeti queant. Vt quædam ex præfixarum numero: A, Græc. α negativa AN & ER, Gr. ανα, ανω & ερ, nec non ſuffixa comparat. ER, Gr. ερος, obſervante etiam ipſo WACHTERO (3). Deinde alia præfixarum GA ſ. GE, GI, KI, KA, CHI, in PRÆTERITIS quidem modis maximi & continui vſus, exigui autem vel nullius in participiis, infiniti-

(z) Rango in origg. Pommer. p. 16. (1) L. c. p. 4. ſeq. (2) L. c. p. 238. coll. 178. (3) Viro quidem eleganter docto, ſed Suio Gothicæ lingvæ non æque perito, in Gloſſ. pp. 2. 4. 18. 20.

nitivis & nominibus, quamvis & his ex præteritis adhæſerit (4). Cujus adeo particulæ originem, ego putaverim repetendam, vel a Græcorum ſyllabica adjectione γε, VTIQUE, CERTE, vel ab eorundem, ejusdem fere poteſtatis, alio præfixo γε, quo, ut alia præterita, fere omnia, a ſuorum verborum litteris initialibus, ita & a γ incipientia, geminare ſolent. Quo porro referendum, quod terminatio infinitivorum AN & EN, eadem omnino ſit, quæ Græcorum ειν, cujus tamen loco Scando Gothi adhibent A. Sed dum hæc ſcribo, ecce, HICKESIUM iterum evolvens (5) ſtatuentem invenio, quod dicta particula GE, vi gaudens intendendi, adeo vernacula ſit, vt Scando Gothicæ I, hoc eſt VALDE, PERQUAM reſponderit; excitatis eum in finem, Gothicis non minus, quam Islandicis vocibut, IGRÆN valde viridis, ISURT, valde acerbum, præſertim JOL (vocabulo feſti, quo novi auſpicium anni celebrare, moris erat gentilitii) quaſi VALDE CEREVISIA, ob compotationem civium ſolennem. Sed has viri, alioqui ab ingenio non minus quam judicio commendabilis, rationes, haud uno nomine fallere contendo. PRIMO, quod haud meminerit, in Anglo Saxonica & cognatis lingvis, dictam part. I ſive E, IN, AN, EIN, paſſim eamdem obtinere cum noſtra εμφασιν, de qua ipſe HICKESIUS (6), inprimis SKINNERUS (7). SECUNDO, quod eum fugerit perrarus omnino noſtræ I vſus, dum INTUS, INTIMUMQUE quodque denotans, in nonnullis modo nominibus adjectivis & verbalibus obtinet, ceu, præter HICKESIO memorata, in IHÆLIG ſ. IHÆRDIG pertinax, ISTADIG perſtans &c. Hinc idem, profecto, valet Græcorum εν ſeu εμ, in ενθεος, εναργης, εμπειρος; Latinorum IN,

I,

(4) cfr. Wachter. l. c. p. 22. (5) Gramm. A. S. pp. 44. 48. 213. (6) Locis pluſculis. (7) in Etymolog. vocum antiqq. & juridic.

I, IM, in INLUSTRIS ſ. ILLUSTRIS, IRRITAMEN, IRRISIO, IMBUTUS &c. quamvis his gentibus eadem particula, ſæpe etiam privativa vel negativa habeatur. Quibus proinde ita ex vero poſitis, TERTIO ſatis evincitur, Scando Gothicum illud præfixum I, cujus perrarum omnes novimus vſum, diſtinctum omnino, immo diverſum eſſe ab altero illo Anglo Saxonico GE, quod contra, tanquam tritiſſimum, per omnes vagatur modos, in præteritis quidem magni & continui vſus, nullius autem, vel certe exigui in ceteris. Quod denique ad vocem JOL adtinet, quæ Anglo-Saxonice paſſim GEOL, GEOHOL audit, rectius GEHUL, rectiſſime apud Anglos boreales, quod ipſe HICKESIUS fatetur, YULE, YOLE, quandoquidem noſtri HIUL, JUL, aptiſſime conveniat, eam quidem, vt vidimus, peringenioſus ille Anglus, a præfixo illo GE, & OL ſeu OEL cereviſia derivandam cenſuit; ſed, vt ſatis conſtat, illud ipſum præfixum Anglo Saxonibus, Franco-Teutonibus & Mœſo Gothis, maxime proprium fuisſe, immo eosdem, non modo ſuum æque ac Scando Gothicum (quod ex primitivis patet vocibus) H initiale in G. ſed & I conſonum, pari licentia, in GE, GI mutaſſe (8) ita BEDÆ aliorumque ANGLORUM, nec non DANORUM SVIONUMQUE, quos ipſe HICKESIUS memorat, potior derivatio τȣ JOL ſive JUL, a ROTA, jam dudum æquis ſeſe probavit ac expertis judieibus; maxime quod ejusdem IMAGO, pro feſto iſto novi anni auſpicali, & vere τροπικῷ deſignando, SCIPIONIBUS noſtrorum majorum RUNICIS, tantum non ſemper inciſa conſpiciatur. Nolim vero huc referre Græcorum Ιȣλον, Athenienſium, puta, HYMNUM, a MESSORIBUS ob frugum copiam, in Cereris honorem decan-

(8) cfr. Skinneri Prolegg. ad Etymologic. & noſtri opuſculi §. V. lit. V.

decantatum; quandoquidem ATHENÆUS (9) formulam cantantium: πλειςον ȣλον, ȣλον ιει, ιȣλιν ιει, prodens, manifeſtat iſtam vocem MANIPULUM frugum ſignificare MAJOREM, quem tam ιȣλον quam ȣλον vocaverint veteres, vnde & ipſius FRUCTUS, ipſiusque CERERIS epitheta: ιȣλος & ιȣλω. (10) Quo referatur ιȣλος διτυραμβικος υμνος, (11) quod & illc BACCHO, qui pariter ȣλιος audivit (12) in iisdem Cereris ſacris identidem funderetur. (13) His enucleatis, ſi lucem luci affundere juvaret, HICKESIANÆ ſententiæ, a VERELIANA (14) tractæ, obſtare contenderem, non tantum ejusmodi civium compotationem, ALIIS feſtis temporibus ac diebus (15) æque GENIALEM, atque in prædicta illa UNICA & TROPICA, JULIA; verum & ipſius vocis Goth. AUL, OEL, Angl. ALA, AEL, Vngar. OLL, quippe a Latin. OLEUM, Germanis OEL, non autem ab Hiſpan. CELIA ſ. CERIA deductæ, VSUM RECENTIOREM. Siquidem in propatulo eſt, ANTIQUIORES Scytho Celtas, vt Scando Gothos, cereviſiam appellaſſe BIOR, Cambro Britannos BEER, Anglo Saxones BEERE, Franco Teutones PEOR, Germanos BIER (16) Congruit Ebræorum בר frumentum, Goth. BER ſeu BÆR & BAR, bacca & granum, Gr. πυρην nucleus; ne

 dicam

(9) In Dipnoſ. c. 3. (10) Apollonii Paraphr. ad l. 1. Argon. collatis Euſtathio ad ιλ. 6. & Heſychio in voc. ιȣλος. (11) Oppiani Paraphr. L. 2. Halieut. (12) Introd. noſtr. p. 183. (13) Herodotus l. 8. c. 65. (14) In notis ad Herv. hiſt. p. 55. ſeqq. (15) De quibus Verelius ibid. p. 54. ſeq. nam & ipſi *conventus* feſtivi Scando Gothis, non *biul* ſ. *iul*, vt ille ſoſus tropicus, ſed generatim ac primario, a cenſu, præſtatione & invitatione, *veitſlur*, *gilldin* & *bod*; ſecundario autem a compotatione, & ea quidem plerumque ſymbolica atque circulari, *ſamburdar aul* & *buirſings drickiur* vocitabantur, de quibus plura in Promptuario meo rerum memorabilium ms. (16) Hinc Goth. *birla* miſcere, infundere, pinſere; *birgd*, *biorg* alimonia; *brigd*, *brygd* immutatio, converſio; verb. *brugga*

dicam Ebr. בריה edulium, vt volunt nonnulli, farinaceum, item pulmentum (17) Sed mittamus hæcce, ceu in tranſitu dicta. Nec minus denique huc ſpectant Franco Teutonum ASPIRATÆ litteræ TH, & DH, quibus tamen Scando Gothi carent; nam & illæ ipſæ, quod infra in Mœſo Gothicis probo vocibus, Græcæ pariter originis mihi videntur. E. G. in pronominibus THA, THEN, THER, THIR, THINE, DHA, DHERA, DHER &c. in aliis THO, THRIN, THEAD, THIONA, DHEOD, DHEONA, KUITHER, KUIDHER; item EARTH, EARDH, pro Scando Goth. JARD, JORD, ſicut & FEORDATHEIL & PEORFAZ, pro FIORDADEIL & BIORFAT. Verum enimvero jam SIBILANTES excitandæ ſunt voces, quæ ſuffragante EGENOLFO (18) ſecundum SCLAVICAM dialectum, Z. pro T. amant, de qua etiam HICKESIUS (19) v. g. in ZO, ZI, ZA, pro Scando Goth. TI, TE, TIL ad, ZID tid, ZUHIL tygil; item ZI NUZZE til nytta, IZ, it, hit, MÆZZAN mæta, MÆZZIH mottig, HUIZAZ huiter, DRIZUE drettijo, VUIZI viti, VUIZZE vitte, MARGZAL marktal; immo ZSI, DZID,

defrutare, ebullire. Adde CambroBrit. *berwit*, Græce βυζ; item βρυτον, βρυττιον, vel Barthio cenſente, βυριον, βυζυττιον, immo βερυτον; verb. βρυειν. βρυζειν, cfr. introd. p. 73. & J. H. Meibom. in tr. de Cerviſiis, cc. 6. 14 18. (17) De quo tamen Dieemannus in Gloſſ. p. 81. conſulendus, coll. Meibomio l. c. c. 5. vbi refert Polonos *bior* vocare *piwo*, Græcos πινον, quod Barthius mavult πιρον legere. Certe Cerviſia, vocabulum Gallicum, a Goth. *kern*, *korn*, videtur derivandum, vnde *Ceres*; hinc & Goth. *gor*, *gior*, *gar* ingluvioſus, vorax, *giofa* effundere; vt Bacchus Σαβος, Σαβαζιος, a *ſuſa*, *ſupa*, Germ. *ſauffen*, σαβαζειν, bacchari; *Sanſcia* Sacerdos Bonæ Deæ bibacula; Lex *ſanſcia*; Illyrum *ſabaia*, de quibus Meibom. l. c. c. 11. Sic Goth. *miod*, Gr. μεθυ; Goth. *ſöt*, *ſad*, dulce, ſemen, Ægypt. ζυθος, de quibus Rudb. T. 3. p. 392. coll. T. 1. p. 651. (18) l. c. P. 1. p. 43. P. 2. p. 104. ſeq. (19) In Gr. Fr. Th. p. 10.

DZID, til, tid, IZS, DHAZS it, dat. Hujusmodi ſibilantes vel dentales litteras, ANGLO SAXONES a vicinis & longo tempore neceſſariis Franco Teutonibus acceptas, ſecum in Britanniam traduxiſſe, nemo, ſcio, dubitabit, præter vnicum forte WACHTERUM, qui (20) vere licet faſſus, ALAMANNIS & FRANCIS litteram Z ſeu DS fere PROPRIAM, Mœſo Gothis vero RARAM fuiſſe, tamen diſſimulaſſe videtur, illum in ſuperioribus a nobis demonſtratum Saxonicorum characterum þ ð & ʒ SIBILANTEM SONUM; & vtcunque ſimul ponat ſermonem PALATINUM, FRANCONICUM & SAXONICUM ex FRANCICO ortum fuiſſe, nihilo ſecius, dum adhuc rotundius pronuntiat, FRANCICUM & ALAMANNICUM (ex quo tamen minus accurate SUEVICUM deducit, quem vtpote avitum, INFERIORES SAXONES, mari noſtro SUEVICO proximi, & quidem Svevorum e Scandica Suevia ſive Sveonia (21) profectorum ſucceſſores, adhuc retinent longe integriorem, quia Sueonico ſimilimum) (22) VOCES PLERUMQUE HABERE LONGIORES, & VEL GUTTURALIBUS HIULCAS, AUT DIPHTHONGIS GRAVIDAS, VEL DENTALIBUS ASPERAS (h. e. ex aliis peregrinis mixtas ac corruptas) SED TAMEN PLENAS SENSU & MAJESTATE, usque adeo, vt ipſum OTFRIDUM mendacii arguere haud veritus ſit, quod (23) iſtam lingvam vocaverit BARBARAM, &, ante ipſius operam (24) INDISCIPLINABILEM, INCULTAM & INSUETAM CAPI REGULARI FRENO GRAMMATICÆ, adeo ut NEC A PROPRIIS VEL SCRIPTURA ALIQUA, VEL ARTE EXPOLITA FUISSET, quis non miretur Viri, ſive hallucinationem, ſive πατριδομανίαν? Quam, certe, negle-

(20) In præf. ad Gloſſ § 49. (21) cfr. præf. ad Volum. hiſt. p. 21. (22) de quo Æpinus in ſingul. diſſert. videndus, coll. Egenolfo in hiſtor. Ling. German. P. 2. pp. 74. ſeqq. 104. 106. 346. add. p. 15. ſeqq. & Memor. Staden. pp. 134. 183. 187. 190. 209. 279. 294. 309. 341. 347. (23) In præf. ad paraphr. Evangg. (24) cfr. Hickeſ. Gramm. Fr. Th. pp. 5. 9.

ctæ, vel diſtortæ potius ab ipſomet GENTIUM GERMANICARUM ORIGINES cumulant; quibus tamen candidius examinatis, pateſcere potuiſſet, ſermonem ANTIQUIORUM GERMANORUM, irruentibus a BOREA tot TUSCICIS, CIMBRICIS & GOTHICIS, ab ORIENTE & AUSTRO tot VENEDO SCLAVICIS, HUNNICIS, MOESO GOTHICIS & ROMANIS gentibus, omnino fuiſſe extenuatum, & tantum non periiſſe, quod etiam de CAMBRO ſ. CIMBRO BRITANNICO, tantopere a WACHTERO aliisque laudato, habere convenit.(25) Sed & hæc ἐν παρόδῳ. Profecto, ſi quidem Franco Theotiſca lingva, vt plurimum, FILIA cenſenda eſt Mœſo Gothicæ, dictitante HICKESIO, (27) e re jam fuerit, aliquot ex eadem transſcribere ἀξιομνημόνευτα. Vbi adeo inprimis notandum, quod in litteratura Mœſo Gothica ð ejusdem quidem ſit figuræ ac poteſtatis cum Scando Gothico þ ſeu D, de quo VERELIUS; (28) ſed quod & inde certo pateat, alterum Mœſo Goth. Ψ ſeu TH, non eidem þ, nedum alii Scando Goth. Φ reſpondere; vel ideo maxime, quod iſthoc poſterius, non tam runa fuerit vera, quam character mere SYMBOLICUS ſ. ASTRONOMICUS, vt §. VIII. latius oſtendam. Quin adeo veriſimilius eſſe, Mœſo Gothicum illud Ψ, niſi, opinante HICKESIO (29) ex combinatis T & H. adeoque ex TH, certe ex Græco Θ, ſeu, quod idem eſt, Ψ THETA fuiſſe traductum. Hinc itaque, & quod ex antiquiorum borealis Europæ gentium dialectis, TH demonſtrari nequeat (cfr. §. VI. litt. X.) proxima vſus ejus origo in Mœſo Gothico ſermone, arceſſenda fuerit; vt in pronominibus THU, THUS, THAI, THEEI, THA-

(25) confer Introd. pp. 9. 17. 19. 23. 25. 29. (27) l. c. p. 4. (28) In Runogr. p. 75. (29) In præfat. ad Th. lingv. ſept. P. I. p. VII. ſeq.

THAIM, THIIZZE, THAT, THATAS, THESOS (MAUJOS, Goth. DESSE MOES) additis aliis: THAR, THRINS, THARF, THIUDA, DRICKITH, THATHEI BROTHUR THINS (Goth. DAT BRODUR DIN.) Non jam heic moror; voces etiam Anglo Saxonibus, ut ſupra memoravi, vſitatas: IS, VAS, VESI; potius SCLAVIZANTES ſollicitandæ: THIIZZE, IZOS, IZVIS (Goth. DESSE, IT, IDVAR) item ZLEP (Goth. SLOP, SLOMA,) etſi DU vbivis exſtet, pro Franco Teut. maxime ſibilante: ZU, ZI, ZA, ZE, quo redeat ZUA, ZVE, ex quo WACHTERUS quidem (30) deducit ZER, tanquam novum, ſed, vt multa alia, perverſe, cum ex Sc. Gothico ſit: SER, SÆR, ſeorſim, diviſim, SÆRA vulnerare. Tenendum ceteroquin, ipſos etiam GRÆCOS, ſæpe D & T in Z mutaſſe. (31) De inſulſa denique Saxonum & Franco-Teutonum, ut pariter Mœſo Gothorum, pronuntiatione TH H per G, C, CH, quam EGENOLFUS (32) veriſimiliter, Sclavicæ tribuit dialecto, nec non de abſurda vocalium duplicatione, in §. VI. & ſeq. ſilva adferetur exemplorum.

(*) Quod & ſagaci noſtro Verelio ſuboluit opportune, in Runogr. Append. coll. Lex. Scytho. Scand.

(D) cfr. Introd. p. 39. 43.

(E) ibid. p. 43. Nobiliſſ. SPERLINGIUS in litteris ad Illuſtrem GRUNERUM, A. 1701. datis, ſic habet: *In der Isländiſchen Sprache, iſt ſolches ſcriptum* (hiſtoricum, nam de fragmento quodam runico agit) *niemals mit runiſchen buchſtaben originaliter geſchrieben worden; denn die Isländer haben niemals in ihren ſchriften runiſche buchſtaben gebrauchet.*

(F) Verelius (a) cauſſam daturus, cur, quæ hinc emigravere in orientem & auſtrum Gothicæ gentes, nulla RUNICA ſibi erexerint MONIMENTA; eorum genium co-

 argu-

(30) In prolegg. (31) de quo Wachter. in Gl. p. 339. & Dieckmann. in Gloſſ. p. 69. ſeqq. (32) l. c. P. 1. p. 43. & P. 2. p. 351.

(a) In Runogr. p. 13. ſeq.

arguit INCULTIOREM, Marti quippe maxime deditum. Cui ego (*b*) alteram addidi, ex inſtituto nimirum ODINI petitam, de BAUTA STEINIS ſeu BOET ILIS, BOET HILLIS, Gr. βαιτυλιοις (*c*) quaſi MONIMENTIS mere HONORARIIS, domi (vt ex verbis STURLONIDIS, & ipſis monimentis patet) a NEPOTIBUS & COGNATIS (*) in REGUM & HEROUM, quin & AMAZONUM CLYPEATARUM (*d*) erigendis memoriam, qui maxime ANCIPITIBUS PROELIIS aliisque ILLUSTRIBUS FACINORIBUS (**) plerumque pro & extra patriam geſtis, mortem & famam mererent glorioſam. (*e*) Quales επιγραφας επι των μνημειων, ſed ab aliis ſæpe in abuſum verſas, mandato LYCURGI, ſolis ſtrenue CADENTIBUS Græcorum BELLATORIBUS ſtatuendas, prodidit PLUTARCHUS (*f*). RUNARUM tamen Gothis exteris, æque ac cognatis Marco ac Normannis, aliquem fuiſſe USUM, tam in Exam. Runico (*g*), quam in Introd. (*h*) commonſtravi, & quidem præeunte fere WORMIO (*i*) ex VENANTIO FORTUNATO, cui PANCIROLLI addidi ſuffragium. Ceterum evolutis jam opportune, CROZÆ, viri celeb. mem. Vindiciis vett. ſcriptt. propemodum mirari ſubit, quod (*k*) hypotheſin ſuam (quam ego, ceu ab aliis recoctam, in Novell. Hamb. (*l*) ſuccincte refutavi,) de

(*b*) in Exam. Run. P. 2. §. V. (*c*) a *bæta*, *bita*, *vita*, ſignare, cedere, inſtaurare, indicare, & *il*, *ill*, *hill* lapide, petra, cfr. verba noſtra in Diſp. Aboenſi de Angaris P. 2. p. 151. Bartholini Antiqq. Dan. p. 120. Wacht. Gl. p. 96. in voce Batallie, & Introd. noſtr. p. 45. ſeq. quare & paſſim antiquis *Merki* & *Viſe ſteinir*, h. e. *mercuriales* & *indices* ſ. *memoriales* lapides, immo *ſigur* & *bernadar ſteinir*, h. e. *victoriales* & *bellici* lapides, nuncupati fuere. (*) Goth. *nid*, & *frændir*. (*d*) Goth. *Hamaiſarum* & *Skiöldmæarum* (**) Goth. *ſtorvirkium* & *manns motum*. (*e*) cfr. Novell. Hamb. Litterar. Ao. 1738. p. 145. (*f*) In inſtitutis Laconicis p. m. 238. (*g*) l. c. (*h*) pp. 15. 81. (*i*) in Litt. D. p. 7. (*k*) p. 90. (*l*) cit. A. p. 146. ſeqq.

de runarum noſtrarum INCUNABULIS, apud Anglos quærendis, contra clariſſimum Venantii iſtius effatum, vindicaturus, eo imprudentiæ proceſſerit, vt ſtatueret, vocem RUNA ſ. littera, quam ille BARBARAM & FRAXINEIS PINGENDAM TABELLIS, prodidit, de QUALIBUSCUNQUE modo FRANCORUM LITTERIS intelligendam eſſe. Enimvero CROZÆ ambabus quidem largiar, AngloSaxones & præcipue Normannos (e Neuſtria profectos, ſed origine Scandianos & Danos, exemplo Hiſpano Gothorum, quorum numos LASTANOSA evulgavit) NOVARUM FICTIONI LITTERARUM ſtuduiſſe, quemadmodum etiam plurimas Scandicas, Gallicas & FrancoGallicas voces eosdem ſecum intuliſſe, HICKESIUS (*m*) evincere conatus eſt; quam utique CROZÆ ſententiam, ego ex ipſis monimentis lapideis, quæ (tribus plerumque veris runis, reliquis autem hybridis, fictitiis, & paſſim Hiſpano Gothicis, an Toletanis? de quibus ALDRETUS, reſpondentibus characteribus exarata) HICKESIUS & alii, exiguo tantum numero, vt par erat, potuere proferre, in Examine ſæpe dicto, clariſſime dedi comprobatam. Adtamen, vt non tantum ipſos FRANCOS, é Scandia migraſſe, FRECULPHUS ſ. FRACKULFUS, idoneus ſcriptor, aperte teſtatur (*n*), ſed & Gothos conſtat, ab Italicis, ejusdem cum VENANTIO ætatis, ſcriptoribus, BARBAROS, & quicquid Gothicum erat, BARBARUM vocatum fuiſſe, prout etiam EGENOLFUS (*o*) rite docuit, Teutonicos ſeu GERMANICOS CHARACTERES (quales, ceu VERAS litteras, huic genti, quippe BARBARÆ & Barbaricis deſcriptæ MORIBUS (*p*) adeoque ad SECRETA litterarum, h. e. artem ſcribendi, omnium judicio gentium, OCCULTÆ ple-

(*m*) In præf. ad Gram. A. S. ejusque cc. 19. 20. 22. coll. pp. 87. ſeqq. & p. 134. (*n*) cfr. Introd. p. 15. ſeqq. & Egenolfi hiſt. L. G. P. 2. p. 79. ſeqq. (*o*) l. c. p. 322. (*p*) cfr Introd. p. 13. ſeq.

plenam VIRTUTIS, non adſurgenti, nullos olim fuiſſe, ex TACITO, qui ideo de Germanis agens (*q*) SEMEL tantum iſtarum meminit, ego (*r*) fatentibus Germanorum doctiſſimis, confidenter ſtatui) in Hiſpania, Gallia & Anglia, GOTHICOS fuiſſe nuncupatos; vnde ſatis pateat, eos ad SCANDICAS RUNAS, veluti fontem originemque ſuam reſpicere, nomenque hoc inde antiquitus in ſe derivare. (*s*) Ita a nullis aliis, quam Scando Gothis (qui runas DOMESTICA notione, de LITTERIS acceperunt, ceu & hodie accipimus omnes, & jam tempore ODINI poſterioris (*t*) eis non MAGICAS modo ARTES exercuerunt, de quibus §. ſeq. ſed &, vt vſus prior fuit abuſu, EPISTOLIA ac MONIMENTA maxime HISTORICA exararunt) iſta vox ad exteras pervenire potuit gentes, quas inter FrancoTeutones eamdem ad MYSTICUM ſolum SENSUM adhibuerunt. (*v*) Cumque jam nil magnopere conducat retuliſſe, HICKESIUM (*u*) WANLEJUM (*w*) LACKMANNUM (*x*) & EGENOLFUM (*y*) vere pro-

(*q*) Germ. c. 19. (*r*) Introd. pp. 25. 29. Conring. Or. Jur. Germ. pp. 2. 3. Gronov. in Dietlmari app. ad Taciti Germ. p. 297. Heumanni Pœc. T. 1. l. 4. & Conſp. reip. litt. p. 33. ſeq. Gundlingii hiſt. rei litt. vniv. P. 1. pp. 142. 406. adde Rudbeckii Atl. T. 1. p. 853. Certe, verborum e Tacito allatorum explicationi, commode ſubveniat relatio Duisburgi, in Chron. de Pruſſis Barbaris; ſcilicet: *mirabantur illi vltra modum, quod quis abſenti intentionem ſuam poſſet explicare*; item Hennebergeri, in der Beſchreibung des Landes Preuſſen inquientis: *Da ſie bey denen Cimbris bücher und ausſchreiben ſahen, dachten ein theil Preuſſen, die Cimbren waren Götter, die andern aber hielten es für einen betrug, den ſie auch nicht glauben konten, daſs einer dem andern ſeinen willen und meynung zuſchreiben könte.* cfr. Liljenthali Rerum Pruſſicar. ſcriptores, in ſelectis hiſtoricis & litterar. continuatis p. 86. (*s*) Introd. p. 67. (*t*) ibid. pp. 5. 27. 47. ſeq. 81. 83. (*v*) Dieckmannus in Gloſſ. pp. 145. 164. coll. Introductione noſtra p. 49. (*u*) in Theſ. Lingvv. ſept. paſſim. (*w*) in præfat. ad dictum Theſaur. T. II. (*x*) in Relatt. Hamburg. litterar. A. 1735. p. 84. (*y*) in Hiſt. L. G. P. 2. pp. 189. 322. ſeq.

profeſſos, quod AngloSaxones, quemadmodum aliæ Scandicæ originis gentes, in Germaniam & Angliam, runas ſecum adduxerint; ſaltem JORDANEM, quem cum P. WARNEFRIDO aliis, de VAGINA GENTIUM SCANZIA teſtantem, CROZA inficeto ſolum contemtu refutandum cupit, jam dudum candidis hiſtoriæ antiquæ æſtimatoribus, ſuam adprobaſſe fidem, nemo harum rerum ſcientior diffitebitur. (z)

(e) WORMIUS in litterat. D. pp. 50. ſeq. 53. 57. 60. 120. HICKESIUS in Theſ. ſui Gramm. A. S. pp. 135. ſq. 148. Gramm. Fr. Th. p. 3. & Gr. Iſl. p. 3. & 4. coll. Tab. I. & II. Obſervandum quidem, quod quo antiquiores ſunt DANORUM AC NORRIGIORUM LAPIDES, eo ſimpliciores ac Svedicis ſimiliores runas ac voces contineant; nihilominus operæ pretium foret, ſi PERITI RUNOGNOSTÆ eosdem omnes denuo accurate inſpectos, juſta menſura, & ſine adſcititia arte, delinearent, prorſus quemadmodum Suio Gothicos HADORFIUS & PERINGSKIÖLDIUS evulgaverunt. Nam BURÆUS, I. LAGERCRONIUS & ego, quamplurimos in editis a WORMIO, tam apographis, quam interpretamentis, inſignes errores deprehendimus. De RUNARUM ISLANDICARUM hiſtoria, ſequentia velim tenenda. AUCTOREM ſcilicet SCALLDÆ ſeu MSCti, quod (a parte EDDÆ impreſſæ poſteriore, vt quidam volunt, COGNOMINE, varias vtpote Deorum regum, animalium aliarumque rerum, quæ vetuſtam Scalldorum artem conſtituerunt, appellationes expromente, omnino diverſum) de RUNIS AC LITTERIS ANTIQUIS RECENTIBUSQUE, nec non de earum definitionibus & diviſionibus, nimis ſcrupuloſe agit, additis item ſuperfluis otioſi & novaturientis ejusdem auctoris SCHEMATIBUS, luce ſane publica indignis; inter RECENTISSIMOS, qui paulo ante ARNGRIMUM JONÆ, ſub Danico imperio, deguere,

 Iſlan-

(z) Introd. pp. 19. 69. 83. 181.

Islandicos, FICTÆ, VT REOR, ANTIQVITATIS ſcriptores, eſſe referendum, ipſius primo prodit ſtilus, qui vt HYBRIDVS, & quidem omnino RECENS, ita etiam dubiæ fidei eſt; ſcilicet cujus verba apud WORMIUM(a) RUNIS exarata, ſed heic Latinis exprimenda litteris, ſic habent: ÞISSA BOKSTAF OK ÞEIRRA MERKINGAR (NB) COMPILERAT MIN HERRA VALDEMAR DANA KONGR. &c. hoc eſt, HAS LITTERAS (de Alphabeticis loquitur) EARUMQUE POTESTATES, COMPILAVIT DOMINUS MEUS WALDEMARUS REX DANIÆ. Probant dein ejus propria verba, dum, & BARTHOLINO (b) obſervante, STURLONIDEM qui A. circiter 1240. vivere deſiit, proindeque dicti tempore WALDEMARI, ejus nominis Secundi, vixit, frequenter ad ſuarum advocavit confirmationem poſitionum. Idem denique evincit, quod, more ſequiorum, Græce tandem doctiſſimorum, ſcripſerit, NOMINA LITTERARUM (runarum) ESSE SEDECIM IN DANICA LINGVA, AD SIMILITUDINEM GRÆCARUM LITTERARUM. En & eum, præter alios, Latinæ Criticum lingvæ laudantem, dum jactitat, PRIMAS LITTERARUM LINGVÆ DANICÆ (quam etiam RUNAMAL, h. e. RUNICAM LINGVAM (c) novæ adeo ille lingvæ fictor appellat) FORMAS, LECTORIBUS SE OSTENDERE EXARATAS, PROUT THORODDUS RUNAMEISTARI, SEU RUNARUM MAGISTER, ET ARUS SACERDOS MULTISCIUS (quorum ſcripta an unquam viderit dubito) EAS DISPOSUERUNT, AD SIMILITUDINEM ALPHABETI LATINORUM, A MAGISTRO PRISCIANO ORDINATI. Hinc ἀβλεψίαν miror doctiſſimorum Virorum, WORMII & BARTHOLINI, quod ſtilum & lingvam auctoris iſtius non perpendentes, ſtatuerint, cum credulo ARNGRIMO, auctorem iſtum WALDEMARO fuiſſe

(a) In litt. D. p. 72. (b) in antiqq. Dan. p. 655. ſeq. (c) de qua Memoria Stadeniana p. 379. ſeq. videatur.

fuiſſe æqualem, & lingvam gentium borealium quamcunque, RUNIS perſcriptam, κατ ἐξοχην DANIÇAM fuiſſe appellatam. (*d*) Sed vt NOVITATEM runographiæ Islandicæ, ex ipſis Islandis plenius cognoſcamus, referre juvabit, quod runarum vulgarium, apud Danos & Islandos, ordinem atque numerum, a WALDEMARO iſto, ad formulam alphabeti Romani inſtitutam fuiſſe, etiam prodiderit Islandorum doctiſſimus Epiſcopus, BRYNOLFUS (*e*) idque ex fide ſenis cujusdam, civis ſui, cui JONÆ BIÖRNIO nomen, quiq; ſimul confeſſus fuerit, ante dictam WALDEMARI inſtaurationem, Islandos quidem runis vſos, ſed DUPLICIBUS. Aliis EXOTERICIS ſeu BOKRUNIS, quod ante membranarum vſum, FAGO (BOK) inciderentur; ANTIQUIORIBUS ſcilicet & SIMPLICIORIBUS, quibus invicem animi ſenſa communicaverint, quæque a principio, nec (NB.) tot, nec eadem, quam nunc ALPHABETARIA SCHEMATA præferunt, forma exſtiterint, nec SERIE collocatæ eadem. Aliis MYSTICIS, quibus artificio MAGICO, quod vellent, effectum dederint; hasque artificioſa fuiſſe COMPENDIA carminum integrorum, fere quomodo notas των Ταχυγραφων Romanorum, quas aliter SIGLAS appellarunt; easdem integra denotaſſe verba, & fuiſſe nihil aliud, quam BOKRUNARUM artificioſum CONTEXTUM, qui niſi a peritiſſimo reſolvi non poſſet. Adfert etiam WORMIUS (*f*) verba ARNGRIMI, quibus conſtet, runarum Isl. VIX CERTA conſtitui poſſe GENERA, quemque enim, (NB) vt ſibi aliqva ſagacitate præſtare viſus ſit, ita litteras illas, primum ſatis ſimplices, MUTARE, TRANSFORMARE & OBSCURARE liberum eſſe voluiſſe. Sic in Islandia, præter doctorem ARUM, ſupradictum THORODDUM, XXIV. aut PLU-

(*d*) De qua tamen ego brevibus in Introd. p. 43. ſeq. egi. (*e*) apud Wormium p. 42. (*f*) p. 38.

RA etiam ALPHABETA runica EXCOGITASSE. Hæc ille. Proſtat, ſane, inter alia Archivi antiqq. mss. bina de RUNIS & RUNOGNOSIA, quæ in codice JONÆ PICTORIS & DOCTI ſpectantur; PRIUS anonymi cujusdam, varios ſolum characteres, eosdemque maxime magicos, quales ARNGRIMUS apud WORMIUM (*g*) enumerat, additis tamen FRANCICIS, vt dicuntur, OTFRIDI, & aliis; POSTERIUS autem caſus ac hiſtoriolas continet ludicras de runomyſtis præcipue Islandicis. ANTIQUITATEM de cetero RUNARUM SVIOGOTHICARUM præcellentem, optime cognoſcere dabitur, ſi conferantur NORRIGICA & DANICA SAXA, cum iis NOSTRIS, quæ VERELIUS (*h*) præſertim PERINGSKIÖLDIUS ſen. (*i*) copioſe exhibuerunt; in quibus nempe, GENUINÆ & SIMPLICISSIMÆ veterum runarum FIGURÆ compareant. Præter hæc de egregia alioqui WORMII Litteratura vt & Monimentis Danicis, nonnulla fideliter monuit candid. VERELIUS (*k*) vbi cum obſervaverit, ipſum WORMIUM, aliorum vulgaris ſtili ſcripta, runis expreſſiſſe, parum abeſt, quin & nos aſſeramus, ſimile quid contigiſſe CODICI LEGUM SCANICARUM, quem ſolum (omnium ſaltem Legum) runicis (vt ſcribit) litteris, plane & plene in membrana exaratum, a non nemine antiquitatis (vereor ne nimis) ſtudioſo, ſibi fatetur oblatum.

(H) Ipſe profecto, RUNOLFUS (*l*) VETEREM & MODERNAM Islandorum DIALECTUM & ORTHOGRAPHIAM obſervat. Præterea P. RESENIUS ex fide ipſorum Islandorum (*m*) teſtatur, EOS EDDAM VIX JAM INTELLIGERE, ceu quorum (NB.) LINGVA paulatim DEPRAVATA fuerit & alienis CORRUPTA vocibus. Nolim ergo ipſe

(*g*) p. 38 ſeq. (*h*) in runographia pp. 21. 35. ſeqq. (*i*) in nott. ad vit. Theoder. pp. 403. 416. ſeqq. item in Genealogia regg. & monimentis Vpſ. (*k*) l. c. pp. 2. 9. 34. (*l*) l. c. p. 2. ſeq. (*m*) in præf. ad Godmundi Andr. Lexicon Island. collata præf. ad Eddam p. 31. ſeq.

ipſe, quidquam ex hiſtoricis Islandicis in hanc rem conferre, ſatis ducens, vnicuique eas legenti, vix pauciores obventuros ſcribendi loquendive modos diverſos, quam apud Scandianos, ſive Norrigios, ſive Sviogothos. Hoc ſaltem moneo, Islandos ſæpe voces ALITER pronuntiare quam ſcribere; dum etiam litteras LABIALES plerumque PERMUTARE amant, præcipue ſi binæ conſonantes, vt in voce KEFL, ipſis KEBL, pingi contigerit. Notumne, quod LAPPI, gentium Scandianarum extremi, quique adeo minora longe, quam Islandi, nedum reliqui, cum vicinis vel longius diſſitis, exercuere lingvarum commercia, ſuam hodie, vt olim, prodant, quæ MAGNIS obnoxia ſit DIFFERENTIIS & DIALECTIS? (n) Et ſane, quid multa? quando exſtantiſſimas ſæpenumero lingvarum SVIO GOTHICÆ & ISLANDICÆ DIFFERENTIAS, ſatura exhibuit lance VERELIUS, in INDICE ſ. LEXICO SCYTHO Scandico, licet minus accurate id Sviogothorum puriori & convenientiori expreſſum ſit lingva; cui adde ejus PRÆFATIONEM; collatis inſuper HISTORIIS Island. quæ NOSTRA maxime STRICTA in VOLUM. HIST. prodierunt INTERPRETATIONE, cum LAPIDIBUS noſtræ gentis RUNICIS, qui certe voces ac dialectos, ab Islandicis ſæpe abludentes, prodant; item cum FRAGMENTO HISTORICO de HIALMARO, nec non cum alio, de COLLOQUIO MARIÆ, quæ vtraque in §§. V. & VI. latius memoranda, runis in pergameno exſtant perſcripta; denique cum ORIGINIBUS GOTHLANDORUM, horumque LEGIBUS, junctis BIRCENSIUM & SUDERMANNENSIUM. Hæc enim noſtra monimenta, vetuſtiora ſunt & meliora omnium, quæ temporum edacitas, ac rapaces Papiſtarum ungves, reliquere inconſumta integraque; certe, antiquiſſimam magis ſuggerentia nobilitatem, quam ISLANDICA quæcun-

 que.

(n) cfr. Scheff. Lappon. p. 183.

que. Quamvis haud diffitendum ſit, eadem in pleriſque vocibus, multo magis, etiam hodie, cum NOSTRIS, quam DANICIS, convenire, (o) Quo & redit NORRIGICA VULGARIS, præſertim ALPINA, ne de hujusce gentis LEGIBUS quid dicam, maxime de FRAGMENTO RUNICO, quod de limitibus regnorum Norrigiæ & Ruſſiæ, Svediæ & Daniæ, agens, inque hiſtoria Eccl. ÖRNHIELMII (p) exſcriptum, ſui idiomatis, magnam cum Sviogothico evincit CONVENIENTIAM, (q) Uſum præterea haud ſpernendum, reliquæ Svio-Gothorum LEGES, puta, PROVINCIALES præſtare poterint., vtut quas hodie ſervamus, recentiori paulo deſcriptæ ſint manu, hinc & runa þ carentia. Aſt KUNUNGA OK HÖFDINGA STYRELSE, ſeu INSTITUTIO REGUM PRINCIPUMQUE, propter vocum & phraſium antiquarum ſuccinctarumque egregium in hodierna lingva VSUM, tanti vtique æſtimanda eſt, vt, ſi ad ejus ſtilum, noſtratem in pleriſque accommodaremus, ablato ſic GERMANIZANTE illo, quo cum vrbaniores nobis viſi, tamdiu temere laboravimus, obſervata ſimul orthographica criſi, quam (*) ſuo loco dabimus, opus, me herele, foret glorioſæ & perennaturæ laudis pleniſſimum.

§. III.

VIdimus jam de Islandis, candide confitentibus, runam þ varie quidem a ſemetipſis pronuntiari, attamen ſolenni ſua indole D referre, quando SONUS ejus, ceu hujus, DURIOR ſolummodo audiat oportet in

(o) cfr. Introd. p. 107. (p) p. 604. (q) cfr. §. VI. litt. (*) §. VII. litt. ζ.

in INITIO quam in MEDIO atque FINE vocum. Quod & nobis probatu facile erit, ex ipſis ISLANDORUM SCRIPTIS (1) in quibus ᚦ duplicatur, & T ei jungitur; immo TS, DS, ſeu Z tamquam plane DIVERSA in iisdem ſimilibusque vocibus habentur; quid? quod & ipſum ᚦ in ᛑ mutetur, & quidem per integras hiſtorias. Quin itaque MAJORES NOSTRI, cum eis ISLANDI, per colonias, PROGNATI fuerint, ᚦ nunquam per T vel TH expreſſerint, multo minus per Z, DSH, vel TSH; (ſi modo OSCITATIO quorundam lapicidarum ac ſcribarum hinc excipiatur, qui propter SONORUM ADFINITATEM, vt veriſimile eſt, ᚦ & ᛏ ſeu T, aliquoties invicem permutavere, prorſus vt paſſim alias, magis DISSIDENTES, runas ac litteras ipſis CONFUNDERE contigit) nemo, ſcio, dubitabit, qui lectioni ac interpretationi MONIMENTORUM RUNICORUM vel tantillam impendere amavit operam. In his, ſane, ſive SAXEIS ſive MEMBRANEIS, (*) dictas runas pro DIVERSIS omnino habitas, tantum non ubique videmus luculentiſſime; adeo & a RURICOLIS, ne vno qui-

quidem, per totam, qua patet, Sviogothiam, præterito, pronomina iſta antiquorum, nonniſi per DE & DU efferri, audire ſolemus omnes eorum curioſi; vt innummeras fere alias voces, quæ abunde in LEXICIS LINGVÆ ISLANDICÆ, ſub vtraque litterà Þ & D collectæ, plerumque D vel ASPERIUS vel MOLLIUS amant, jam ſicco, quod dicitur, tranſeam pede. Quare eorum plane corruit opinio & auctoritas, qui τῶν DE & DU atque adfinium, παῤῥησίᾳ nempe SVIOGOTHICA, h. e. MASCULO prorſus ſono pronuntiandorum, nec non inter ipſos antiquiſſimo more loquentes, RUSTICOS, adhuc obtinentium; vſum ac ſcriptionem, vel a DANIS mutuatam, (k) vel vt fictam, prorſus abolendam eſſe, neſcio an callidius ſimulent, vel vehementius cupiant.

(k) Ex ORIGG. NORRIG. aliisque Islandorum ſupra citatis HISTORIIS, tam antiquioribus quam recentioribus, excerpſiſſe ſat fuerit voces ruþþi & kuaþþi, nobis RODDE & KUADDE, quæ, vt videmus, duobus Þ conſtant, quamvis neutrum τȣ TH, vel Z, ſed liquidiſſime D aſperi, ſonum induat. Accedit, quod multæ voces reperiantur exaratæ, ſeparatis Þ & T. alterutri horum addito S, vt in viþt (kiki) guþmunþs, þormoþs, ceteris, vnde neutrum cum TS vel

vel DS conſveſcere videamus. His adde, præter VEITZLA, quod nusquam cum þ ſcriptum invenias, TIÞINÞUM, GRIÞASTÞUR, REIÞGOTALANÞ, HUNÞRUÞ SKIÞGARÞUR; ceu in quibus þ valet D, vel intenſius vel remiſſius pronuntiatum. Prout & ea propter, in quamplurimis hiſtoriarum Islandicarum EXEMPLIS non modo, ſed AUTOGRAPHIS etiam, þ loco D, & vice verſa, continue ſcriptitatum cernas; eamdem deprehenſurus conſvetudinem, in prædictis origg. Norrig. inprimis in hiſtoriis de HROLFO KRAKIO, FRIDTIOFO PULCRO, HALFDANO EYSTENI FILIO, HALFDANO BRANÆ ALUMNO, & SORLO ROBUSTO, quæ in VOLUMINE noſtro Hiſtorico legantur. Interea etiam ipſos Islandos, quemadmodum noſtros (*a*) ex incuria, ſæpe þ pro T ſcripſiſſe, e. g. in ÞRIÞIE, ÞYÞING, INÞRONÞIR, FRIÞÞIOFUR aliis, vel ex levi dictarum hiſtoriarum lectione apparebit. (*b*) Sed hujus ſententiæ porro ſtabiliendæ cauſſa, nolim jam feſtinabundus plures coacervare voces, quæ a þ vel D incipiant, quandoquidem VERELIUS noſter, & GUDMUNDUS OLAVI Island. quidquid earum ſit, abunde collegerunt, in ſuo quisque LEXICO; quamquam in vtroque, ex ISLANDICA LINGVA, PLERASQUE VOCES depromtas eſſe, perſpicax per ſe cognoſcat Lector, Sviogothus præcipue. Qui proinde ſuæ & Islandicæ peritus lingvæ, fateatur neceſſe eſt, majorem partem vocum, quibus þ PRÆFIXUM eſt, ſi, minor, ob Islandorum tum ſingularem dialectum, tum & varium ſtilum, ad T referatur, ex vetuſtioris lingvæ & litteraturæ natura, valorem duntaxat τȣ D expoſcere, quod & ſequens indicabit nota.

 vide

(*a*) De quibus in ſeq. §. litt. O & T. (*b*) cfr. Hickeſii Gr. A. S. p. 2. & Gr. Isl. p. 7.

(*) Vide Epiſtolam meam Reſponſoriam, de Dubiis circa delineationem & explicationem Runarum, p. 35. ubi e lapideis inſcriptionibus, voces ᚦᛏina & aᚦᛁir protuli, collata ſimul Prodromi mei p. 43. itemque hujus opuſculi §. V. litt. q, & §. VI. litt. X. α, γ, δ, η.

(x) Omnes enim RURICOLÆ, & quidem illi INTIMÆ in SvioGothia habitationis, videlicet DALEKARLI, NORLANDI, &c. quibus nulla unquam cum DANIS, quemadmodum nec cum aliis PEREGRINIS, lingvarum contagioſa fuit communicatio, DU, DE, DI, DOM, loquuntur, clamitant. Confer ſis elegantem prorſus diſputationem, Vpſalæ, de LINGVA DALEKARLICA habitam; in qua nempe, ceu & in aliis noſtræ gentis Dialectis, præter curioſam ejus, Islandicæ & MœſoGothicæ harmoniam, notabile obſervatur DISCRIMEN, inter voces, in quibus D vel T, ſuis gaudent locis. Ponit quidem nonnemo, celebris memoriæ ORTHOGRAPHUS, certum quendam aſſumendum eſſe ſcribendi modum; ſed quem ipſe nimis incongrue probat, intuitu noſtri κρινομενυ THE & TU, & quidem exemplo, vt Romano, ita alieno: TU TAMEN TACES; ſi nimirum unumquodque T in D verteretur. Hincque talem ejusdem exempli prucudit verſionem Svedicam: TU TIGER THER TIL, quaſi vero indoli lingvæ noſtræ aptiorem, quam hancce: DU TIGER DÆR TIL; quæ tamen, quin omnibus ſapientibus aptiſſima, prior vero, ob crebram adeo τυ T REPETITIONEM, ineptiſſima auditura ſit, nullus dubitaverim.

§. IV.

NEgari porro nequit, nos PRÆROGATIVAM lingvæ ſcriptionisque SvioGothicæ,

cæ, de qua in §. I. brevibus dixi, macula affecturos haud levi, ſi vocem aliquam, qualis THE eſt, quippe TRIBUS conſtantem LITTERIS, DE, adeoque ſono ſolum vnicæ E, enuntiaremus, & ſic vice verſa, vt potius omnes judicio præditi vel mediocri, fateantur opus ſit, quod, ſi omnino poteſtas runæ þ, DSH, TSH, TH, apud MAJORES noſtros, ceu ANTIQUIOREM Scandiæ gentem (*) cœpiſſet unquam & obtinuiſſet, ea tamen non minus, quam apud alteram eorum a Norrigiis progeniem, Islandos, adhuc apud nos oportuerit perdurare, ſaltem apud nonnullos Scandianorum, ſive Norrigios ſive SvioGothos, vel SCRIPTO etiam aliquo idipſum teſtante, cujus tamen ne γρῦ quidem exſtitiſſe, jam ſatis noverunt omnes curioſi (L) Minimum hæc ita comparata eſſe, quivis judicii aliqua æquitate gaudens affirmabit, vt ad iſtum ſonum, ſic, vt volunt, cum ipſa runa DESITUM, atque hodie NULLIUS VSUS, e poſtliminio RECEPTANDUM, nulla plane cogamur ratione.

(*) vide Introd. noſtr. pp. 4-15. 23. ſeq. 35. ſeqq. 43. ſeq. 55. ſeq. 65. ſeq. 101. 123. ſeq. 127. ſeq. 141. ſeq.

 (L) Si

(l) Si quis oggeſſerit, iſtum ſonum, cum ipſa littera, ABOLITUM eſſe; ipſi nihilominus probandum reſtabit, nos eodem unquam GAVISOS, vel etiam LITTERAS alias, quæ noſtri vſus, ANTIQUIS reſpondeant RUNIS, magis hodie DIVERSOS, quam OLIM habuiſſe ſonos. Præcipue cum conſtet, voces tantum non omnes, quæ VULGI potioris feruntur ore, NOBILITATEM, ſeu INDOLEM, non migraſſe usque adeo PRISTINAM.

§. V.

NEminem linguæ ac litteraturæ SvioGothicæ, vt recentioris, ita antiquioris paulo ſtudioſiorem fugere poterit, runam ᚦ ſeu D, vt ceteras (quæ ALPHABETO SCANDOGOTHICO, heic §. VIII. adponendo, contentæ, XV. omnino ELEMENTARES, ſeu SIMPLICISSIMÆ ſunt, ſola XVI. duplice habita, de qua mox ſuis locis) adeo SINGULAREM & PURUM (m) ſi lingvæ duntaxat mollior ac aſperior adhibeatur motus, depoſcere SONUM, alteri quippe ↑ ſeu T OPPOSITUM (quod, vna cum DIVERSIS plane FIGURIS, earundem nomenclatura DOR & TYR clariſſime evincit) vt vtriusque in ſermone & ſcriptione CONFUSIO, non ſine eadem magna auditorum & lectorum confuſione ac tædio committi queat. (n) Hinc, licet lapicidarum (o) vt ſcribarum, non-

nul-

nullis eas, per NEGLIGENTIAM, permutare contigerit, tamen is confuſi foret ipſe judicii, qui eapropter easdem, quaſi promiſcue vſurpatas, jamque porro vſurpandas, contenderet.

Enimvero, in ipſo, ſi non gentilis, ſaltim ſemi Chriſtiani, Runophili FRAGMENTO HISTORICO de HIALMARO Biarmalandiæ Rege, hocque longe prioribus ZAMOLXIDE & ABARIDE (P) vtriusque runæ, prorſus, vt in lapideis monimentis, DIFFERENTIA exſtat evidentiſſima, etiam qua diverſum earum a. z. ſeu DSH, TSH, valorem.(Q) Haud aliter ac auctor ille, ſimul aliarum, ejusdem licet organi, runarum, diverſas ſervat figuras: ᛁ, ᚼ A, ᚽ O, ᚢ U; vt etiam addam ᛣ ſeu ᛦ, h. e. AU COMBINATAM, cujusmodi pluſculas lapicidæ adhibuerunt, quæ poſtea ortum dederint HELSINGICIS runis. Et quamquam idem auctor PUNCTAM runam ᚤ ſeu Y præteriit, quæ cum priori, perantiqua quidem, ſed primis ſeu elementaribus POSTERIOR, ſonum habuit, qui paſſim τῷ ᛦ reſponderit; tamen nec mutationem τῦ ᚠ F in ᚢ U, recentioribus placitam;

 admi-

admiſit, cum illa poſteriore ᚢ, tanquam conſonante, neque antiquiores vſi intelligantur, ejus quippe loco, ᛒ pronuntiantes. (R) Adeo abſuit, vt noſter primus eſſet, qui non dicam tantum alios, a primis ᛁ & ᛅ deſcendentes characteres: ᚽ ſeu ᛂ E, atque ᛅ ſeu Æ, ſic prorſus transſectos, vel leviter punctos inveniret, quos vtpote multo ANTIQUIORES prodant lapicidæ, vt nimirum ex iis, ceu prioribus ſingulis, litteræ itidem prodirent ſingulares; verum &, ad exemplum eorundem lapicidarum, nonnunquam TERMINATIONIBUS, rarenter medio, rariſſime initio quarundam vocum, dictas runas excluderet. Quas tamen, vt ſupra innui, vna cum ejusmodi COMPENDIO, antiquiſſimi ignorabant, dum nec CONSONAM aliquam PRÆMISSA pronuntiarunt VOCALI, ſi recentiorum modo pauciſſimos excipiamus. (S) Proinde nec auctori noſtro magis ſuccenſendum, quam iſtis, quod ſæpedictas runas ᚽ ſeu ᛂ, atque ᚢ alibi ſæpius ſervaverit, interdum etiam ᚦ & ᛏ invicem permutatis. (T) Quod autem, more priorum runographorum, inter ᛅ ſeu ᛆ antiquius, & ᚽ recentius,

h. e. ο & ω DISCRIMEN plerumque obſervaverit, ex ipſis ejus vocibus, abunde elucet, (*) Hoc tamen negari nequit, quin, vt poſtmodum apud Danos, Norrigios & Islandos, ad indolem litteraturæ AngloSaxonicæ, plures runæ ſæpius pungebantur, transſecabantur & mutabantur, noſter inter primos fuerit, qui heic terrarum, runas ᛒ & ᚴ, quibus olim proprius ſonus fuit B & K, ideo hunc in modum ᛔ & ᚵ, punxit, vt inde diverſæ litteræ P & G, cujus vim ᚼ interdum aſſumere cogitur, runophilis in promptu eſſent. (v) Et, ſane, eccur miremur, quod iſtis litteris gentiles noſtri caruerint (w) quum pari eademque majore inopia laboraverint finitimæ non minus, quam disjunctiſſimæ gentes, FENNI, puta, GRÆCI & CHINENSES? Quin noſtræ, quæ huc ſpectant, voces oportune confirmari poſſunt, ab iisdem ScythoGothizantium GRÆCORUM & ROMANORUM vocibus, quamvis horum, in aliis multis, non æque valeat conſenſus, vt nec diſſenſus.

(M) Vniuscujusque litteræ ſonum ejusmodi peculiarem, etiam apud alias æque antiquas gentes, obſervare licet ple-

plerumque *) ſi modo ipſos HYBRIDÆ ſere linguæ, ſed maxime dialecti, SUPERIORES GERMANOS, GALLOS præcipue & ANGLOS excipiamus; quorum vtpote perverſam plurimarum vocum, vt litterarum, pronuntiationem, nemo eſt, qui non miretur, dummodo noſtram eidem comparet, quam nativo maxime & ſimplicisſimo, vt ei INFERIOREM SAXONICAM proximo, profluere tenore ac nitore, certisſime erit deprehenſurus.

(N) Difficile ceteroquin foret vitare vocum AMBIGUITATEM, quæ quatenus fieri posſit, ſedulo eſt opprimenda. Etenim ſi abrupte, aliqua confabulantibus occaſione, hæc verba exciderent: THE MOSTE FRAM, ELLER BRUKAS, tumne THE, & PRONOMINIS & HERBÆ uſitatisſimæ notionem inferre posſet? Si præterea TU non DU ſcribatur ſemper & efferatur, vereor, ne temere ſimul ſubrepat ambigua prorſus, tam numeri DUO, quam noſtri PRONOMINIS acceptio, vt in verbis: GIF DEM HELDRE TU, ſimilibus. Saltem rationem ego DESIDERO nunquam inveniendam, cur TU libentius ſcribere & loqui ſolemus, ſenſu NUMERANDI, quam PRONOMINANDI, quo videlicet poſteriori, TU quidem ſcribere, non item loqui, amant civiliores homines æque ac agreſtiores.

(O) In SAXORUM epigraphis, exempla pasſim invenias vocum TRENG, TRIK ſ. TRAKI, TUTIR, HARALTR, MOTUR, TIAKN, ENTADIS, TIARF, GUT, TRUTIN, TAUDR, TANMORK, TO, TAUDI, LANTI, vt alias quamplurimas mittam, in quibus ſimiliter ↑ pro þ ponitur. Et quidem hujusmodi παρορáματα, etiam qua tranſpoſitas & omisſas litteras, haud raro apud veteres occurrunt; † quemadmodum præterea ſatis conſtat, quod paria, & vix pauciora, obſervarint GRUTERUS & REINESIUS,

*) cfr. §. VIII. † cfr. §. ſeq. litt. T.

SIUS, in operibus de veterum GRÆCORUM & ROMANORUM INSCRIPTIONIBUS, quas ſi in tanta copia conſulere quis dedignabitur, legat, oro, ſaltem CELLARII Orthogr. Lat.

(p) Eſt utique hoc FRAGMENTUM, quod in frontiſpicio REDITUM memorat ZAMOLXIDIS & ABARIDIS ad Hyperboreos noſtros, ANTIQUI & SIMPLICIS ætatis, ſeculi puta XI. NATIVO, INCONDITO, VULGARI LACONICOQUE prorſus SERMONE exaratum. (*) Qualis etiam, præter FrancoTeutonicum, ibidem ex OTFRIDO citatum, Norrigicus ille deprehenditur, quo FRAGMENTUM RUNICUM, quod §. ſeq. latius memorabitur, olim concinnatum fuit. Næ, is quibuscunque lingvarum peritis antiquarum, miſere vapulabit, qui in noſtra, magis quam aliis, antequam Grammaticorum opera in ordinem redigerentur, rigorem ac nitorem, magnopere quæreret orthographicum; cujus quidem, ipſos purioris religionis Doctores, admodum negligentes fuiſſe ſatis noverint, qui, non dicam modo iſta runica, ſed & medii ævi ſcripta vulgaria, ſive antiquiora ſive recentiora, legere ſoliti ſunt. (**) Alioqui de FATO & ANTIQUITATE iſtius fragmenti, adhuc in Regio Antiqq. Archivo aſſervati, ringente licet maxime invidia, certos nos eſſe juſſit inventor HALPAPIUS, in præfatione ſua, quando id ipſum pro virili deſcriptum, ſpeciminis loco Academici, A. 1690. ſub præſidio celeb. tum Mathem. Profeſſoris J. BILBERGII, poſteaque Epiſcopi Strengnenſis, publice, ſummo omnium cum adplauſu, ſiſteret examinandum. Quid? quod γνησιοτητα ejus, ſatis ſuperque vindicet, ipſum ATRAMENTUM; voces nonnullæ AUREO PIGMENTO ornatæ

(*) Quod in Intr. p. 51. ſufficienter ivi inculcatum. (**) cfr §. ſeq. ſign. ** & §. VII. ſign. *. nec non voces plurimas, quæ a nobis in §§. ſeqq. ex dicti ævi ſcriptis excerpendæ venient; item recentiſſimam Diſp. Vpſ. de orthographia Lappon. pp. 8. 9. 10. ſeq. additis diſpp. Vpſ. aliis de orthographia Sviogoth.

tæ (**) ipſa MEMBRANA; ipſe denique STILUS; ita vt optime meruerit, Theſauro inſeri HICKESIANO, quo ſinceræ foret monimentum antiquitatis, nullo non tempore ſuſpiciendum.

(Q) Notandæ enim ſunt omnium primo voces FRUÞTI ſeu FRIDT pulcer, BLOÞᛁI ſ. ſangvine litavit, HRAÞᛁ, ſ. HRAÞᛁE conſultavit, quas tamen runas ſic JUNCTAS, vix, vel rariſſime videas in LAPIDIBUS, præſertim antiquioribus, ob conciſam, ſane, iſtius ævi loquendi exorandive conſvetudinem, quæ ALTERUTRAM tantum runam, in terminationibus maxime admiſit. Deinde DS ſeu TS, runis a Þ, ſcribitur diſtinctis, in KUAÞST, ÞROTSKA. Denique non minus ÞAT vel ÞAÞ, occurrunt, quæ antiquioribus pariter promiſcue ſonuere; vt hodie DÆT vel DÆD; quam etiam ÞOR ſ. ÞUR, h. e. DOR, DUR, nomen Deaſtri; item ÞROTTUR, GUÞIRNI, feboÞUM, LUÞRSUEINR, RIÞARSKAB, & LAÞI.

(R) Exempla cernimus diſcriminis inter ᛁ I, ᛅ A, ᚢ U, ᚮ O, in vocibus GRIÞMADUR, KONGUR. Pariter inter dictum ᚮ & ᚯ ſeu ᛦ AU & ö, quod quidem paſſim, cum ᚢ & R alternans, per ſe tamen prioribus recentius (a) & §. VIII. fuſius declarandum, COMPENDII cauſſa, duabus coaluit runis, idque, pro conſvetudine noſtri non modo auctoris, ſed & ipſorum lapicidarum, in aliis pluribus runis, a qua nec Romani fuere alieni. (b) Et, ni fallor, iſtiusmodi ταχυγραφια (quæ in BACULIS & TABULIS, præcipue CEREIS (*) vſitatior, certe

** cfr. fol. VI. in vocibus *Þor*, *oÞin*, *Frej;* adde Montefalconii Palæogr. Græcæ L. 1. c. 1. de *Chryſographia* veterum.

(a) cfr litt. ſeq. (b) de quibus in Epiſt. reſponſ. p 33. Wormii Litt. Dan. p. 120. & Cellarii orthogr. Lat. (*) de *tabulis* & *baculis* cfr. Introd pp. 5. 81. 83. *Cereas tabulas* Reg. Antiqq. Archivum ſervat, licet Wormio tales non viſæ ſint, vt ait l. c. p. 118.

certe MAGICIS RUNIS (*c*) maxime propria erat,) occaſionem dedit poſterioribus runophilis, RUNAS effingendi HELSINGICAS, ceu quæ maximam partem apicibus, baſi ᛁ carentibus, conſtant. (*d*) At vero, voces dictum illud ᛦ continentes, præcipuæ ſunt KLAUF, TRAU, AUR, AUSK, quales tamen, vt RAUD, KAUP aliæ, diſtinctis runis ᛆ & ᚢ comparent. Equidem pro ᚤ ſeu Y, de quo in litt. ſeq. ſcriptæ ſunt ᚢ vel ᛂ in vocibus FLUTTI, FLITI, nobis FLYDDE, FLYTTE; ſed ita, vt fragmentum hoc plurimis foliis, adeoque aliis & ſimilibus runis, mutilatum, remotæ iſtius ᚤ, & interdum vicem τȣ ᛦ præſtantis, antiquitati, nihil derogare poſſit, ubi modo ſciamus, a lapicidis ſingulas iſtas runas, promiſcue fuiſſe exaratas, vt in vocibus: USTUR, AUSTUR, YSTR; FADUR, FAUDUR, FUDR; FURDR, FAURDR, FYRDR; BRUDR, BRODR, BRYDR; BRUTU, BRAUTA, BRYTA; VLLI, AULLI, YLLI; STURI, STYRI. (*e*) Præterea noſter, vt lapicidæ omnes (*) nuſpiam ᚠ in ᚤ mutavit, quod recentioribus tamen fere omnibus arriſit; quam ἀκρίβειαν voces ejusdem noſtri: HAFA, HLUFD, ſimiles, mihi perſvaſere. Qui cum probe ſciam, quod antiquioribus ejusmodi runographis æque ac Græcis, ᚢ, quemadmodum ᛁ, proprie VOCALIS fuerit runa, non autem conſona, (*f*) ideo & dubito, an primis temporibus, & ante plenioris litteraturæ uſum, dictæ runæ, ſonum conſonarum induerint clarum, nedum ſolennem, vt in vocibus, HUATUR, KUISTR, TUIRI, SVIN, VIKAR, VRÆKIN, SIUKR, SIALFUR. Interim hoc ſatis conſtat, antiquiores, pro recen-

(*c*) vide heic p. 27. (*d*) cfr. Prodromi noſtri part. poſter. (*e*) vid. Peringsk. nott. ad vit. Theodor. p. 402. ſeq. p. 456. ſeqq. (*) Uno forte excepto, inter vetuſtiſſimos facile referendo, qui ſemel *afvan*, ſculpſit pro *afan*, idque negligenter, quia & *Tufon* habet. (*f*) confr. Alphabet. runicum §. VIII, & Verelii Runographiam p. 25. ſeq.

centiorum VALLD, VÆLLD, ſimilibus, ſcripſiſſe BALLD, BOLLD, BÆLLD, Gr. βηλτιων, Lat. BELLUS; adde Goth. BÂL, BALDUR, Romanis & Gallis, APOLLO, BELINUS, Eb. בעל Gr. βηλος, βαλλην; item BARDA pugnare, cædere, pro VARDA, VORDA defendere. Profecto, præterquam quod infra (g) probandum ſumam, litteras G & P, gentilibus noſtris defuiſſe, facile judicatu crediderim, quod, niſi antiquiores preſſiore τȣ ᚠ pronuntiatione gaviſi fuiſſent, ceu & hodie Dalekarli (h) facilius utique ᚢ quam ᚠ, in prædictis vocibus, HAFA, HLUFD, nec non GIFA, DRIFA, KNIF, LIF, exaraſſent.

(s) Utique vocalium antiquiſſimas eſſe ᚠ, & ᛅ ſeu A, nec non ᚬ vel ᚮ ſeu ομικρον, & ᚢ ſeu U, ex nominibus liquet runarum; aſt prolapſu temporis, vocum copia, quam major ſocialitas & plurium rerum peperit vſus, neceſſario ſuggeſſiſſe cenſetur, alias, ex iſtis prioribus. Et quidem ſi εγγυτητα κ' ὁμοιοτητα characterum conſideremus, non ſolum plenius & pluries transfectas planiſſimeque deducendas: ᚯ Æ atq; ᚯ vel ᚯ ſeu O craſſum vel Ω (quod nec Græci (i) ante SIMONIDEM, h. e. 15 ante CHRISTUM natum annis, habuere) vna cum COMBINATA, quam ſupra exciavimus, ᛅ; verum & cognatas, atque quas WORMIUS antique non minus, quam apte, more Ebræorum, nuncupat DAGESSATAS: ᛂ vel ᚽ E, & ᚤ Y. Quas poſterioris numeri ſingulas, quominus prioribus credamus fuiſſe æquales, obſtant, præter abſentiam earum in Alphabeto & nomenclatione runica, voces, in ſaxis

(g) litt. ſeq. W. (h) Quorum ante laudata meminit diſſertatio pag. 23. (i) conf. Spanhemii Vſum & præſtantiam Numiſmatum, Diſſert. II. & Schotti Numum Phidonis in Miſcell. Berol. p. 55.

xis proſtantes pluſculæ, quæ ᚽ, ᛅ, ᛆ, ᚢ vel etiam ᛅᛁ AI, more Græco-Romanorum continentes, antiquitatis remotioris indicium præferunt fere indubium. E. G. IKU, MID, IMILLUM, UGGUR ſ. IGGUR; BRUDR ſ. BRODR; ÞIR ſeu ÞAIR; IFTIR ſ. AFTIR, APTIR AIFTIR; SVINIR ſ. SVAINIR; STIN ſ. STAN, STAIN; BIN ſ. BAIN; RISTI ſ. RAISTI; AIREKUR; IMUNTUR ſ. AIMUNTUR; IGMUNTUR ſ. AIGMUNTUR, pro ERU ſ. ÆRO; MED; EMÆLLAN, ÆGIR ſ. ÔGGUR; BRODUR; ÞER ſ. DE; ÆFTER ſ. EFTER, EPTER; SVÆNNER; STEN; BEN; RESTE; ERÆKER ſ. ÆREKER; ÆMUNTER ſ. EMUNTER; ÔGMUNTR. (k) Nihilominus runas iſtas poſteriores, in perantiquis conſpicere licet monimentis, quæ nimirum clariſſime teſtantur, Hyperboreos noſtros Gothos, expeditiones, aliaque itinera quam plurima, feciſſe in ASIAM & TYRUM, in GRÆCIAM & THESSALIAM, in MOESIAM & BESSICAM Thraciæ provinciam; in AFRICÆ TINGITANAM; in ITALIAM & LONGOBARDIAM, aliasque remotas terras, quas cives eorum, & ante & poſt natum orbi SERVATOREM, armis occupaverant glorioſis, a Chriſtianis tandem SvioGothis (quibus ejusmodi monimenta diſplicuere (l) nunquam repetitas. (m) Sed quod ulterius ad runas præſentis inſtituti adtinet, ingenue fatendum, in ipſis laudatis monimentis, eas, pro varia lapicidarum dialecto, vel potius ex eorundem incuria (vtraque enim etiam Græcorum Romanorumque ſaxa laborant) paſſim invicem permutari,

 præ-

(k) videantur ipſa monimenta in Peringskiöldii & Verelii laudatis ſcriptis, addita hujus Sylloge nominum propriorum, quæ notis ad Herroedi hiſtoriam ſubjectæ ſunt. (l) vide §. ſeq. litt. T. (m) Quod ex ipſis jam indicatorum monimentorum epigraphis, nec non ex hiſtoriis tam Græcorum & Romanorum, quam ipſorum Gothorum ἀναντιῤῥήτως, poſt Rudbeckium & Peringskiöldium, ego in Epiſt. Reſp. breviter, in Examine autem Runico latiſſime probo, cujus & in Actis Hamburg. litterar. A. 1727. & ſeq. recenſio ſpectatur.

præſertim ᚽ rarius paulo ceteris occurrens, in ᚼ transire; quin & easdem, ſicut ᛁ & ᚢ, compendii ergo, haud raro terminationibus, maxime nominum ſubſtantivorum & adjectivorum, excludi, vt in MADR, HORDR, GODR, LUDR, SVEINR, MARKN, MIKL, interdum etiam in medio exulare; qualia ſunt BRDR, RSDI, JUBRN, DTR, pro BRYDIR, RESDI, JUBERN, DOTUR (quod tamen compendium, vt in quibusdam iſtis vidimus, non ſemper procedit) rariſſime autem in initio, vt FTIR pro IFTIR. Tenendum quippe, quod conſonæ ſic junctæ, vocales ac diphtongos neceſſario lecturis ſuggerant, ſimul animo præconcipiendas, quod & ex antecedentibus patuit vocibus. Alioquin in hiſce & ſimilibus, runognoſtæ impigro, ex alphabeto conſtare neceſſe eſt, quod nulla conſonarum, ceu & in Ebraicis & Græcis videat, per ſe vocalem admittat PRÆCEDENTEM; quare celeberrimo HEUMANNO (*n*) non facilis acceſſero, ſtatuenti, nomina litterarum ſimpliciſſima eſſe, quæ Latinis conſonent; puta, non ſolum A, BE, CE; ſed &, ſi rite mentem ejus capio, EF, EL, EM, EN, ER, ES. Adeo etiam, ſi quæ nuper & initio hujus litt. nec non §. 11. p. 13, ſcripſimus, rite memoria replicemus, ingenioſa magis, quam vera WORMII ſententia pronuntianda eſt, quam (*o*) de Greg. TURONENSIS & AIMONII teſtimonio tulit, perhibente CHILPERICUM II. Francorum Alphabetum (modo illud runicum, & non potius Longobardico Saxonicum (*p*) fuerit) GRÆCIS locupletaſſe litteris; ſcilicet characteres, a citatis auctoribus, primo adpoſitos, incuria Amanuenſium vel Typographorum, poſtea corruptos fuiſſe ac depravatos.

(T) E.

(*n*) in conſpectu Reip. Litter. p. m. 32. (*o*) in Litter. Dan. p. 60. ſeq. (*p*) cfr §. 11. p. 13.

(T) E. G. TUR, TRUTIN, GUTIRNI, EORNA, VEILUR, TIþAR, IMIMILLI, AKASTI, MOPPUM, KONR, SIKKRADI, pro þUR ſeu þOR, þRUTIN, GUDIRNI, EIRNA, VEITSLUR, SIDAR, IMILLI, AKAFASTI, MONNUM, KONGR, SIG GRADI ſ. SIGRADI. Quibus, præter pluſcula in fragmenti runici MS. quod, in Norrigia repertum, §. ſeq. exhibebimus, oportune ſuccedant lapicidarum παρoραματα: þGSI, & þAUSI, STAIH, HAUþING, TAvv, KUNHR, VISHR, Rtigþumug, pro þISI & þANSI, STAIN, HAUFþING, TAUþR, RUNIR, VISIR, RAIGþUMUN. (q)

(v) Ut ex litt. S. patuit, antiquiſſimi lapides ᚭ Ω caruiſſe intelliguntur, ejusque adeo loco eos habuiſſe video aut ᚮ O aut ᚢ U, vt in vocibus BLOT vel BLUT, BU vel BOL, BUKONA vel BOLKONA, þOR vel þUR, KONGR, þRUTT v. þROTT, pro poſteriorum BLÔT, BÔKONA, þÔR, KÔNGR, TRÔTT; & quæ ſunt reliquæ in lapidibus & fragmento noſtro.

(w) Punctæ ſunt runæ ᚵ & ᛒ (de quibus plura litt. ſeq.) in vocibus KOPPUM, HAUG, Item, vt ceteras taceam, in VAGMAR, alibi VAHMAR, quemadmodum HAF pro GAF; qualis tamen runæ ᚭ pro ᚵ ſeu G ſcriptio, vt raro lapicidis (r) vſu venit, ita novellis Chriſtianis maxime placuit; more quidem non tam Danorum vel Norrigiorum, quam præcipuè Anglo Francorum, quibus, mox memorandis (s) etiam Islandi ſuum τȣ ᚭ nomen GAGAL debent. (t) Iſtam conſvetudinem Pædagogi aliquot retinentes, nonnullibi propagaverint, vel hodie in Geſtriciis, aliisque, forte, obſervandam, quibus GVALP & KVALP, GVILA & KWILA,

(q) cfr Epiſt. Reſp. p. 35. (r) ibid. p. 34. ſeq. (s) litt. ſeq. Z, coll. §. 11. litt. C. (t) cfr Worm. Litt. D. p. 84. & Epiſt. noſtr. Reſp. l. c.

LA, pro HUALP & HUILA, allubeſcit. Etenim non abluſerunt, cum antiquioribus Germanis, Anglo Saxones, qui dixere WODAN & GUODAN, pro noſtro vetuſtiori ODIN, ODEN, quod nomen eſt Idoli celeberrimi, cujus, æq; ac FRICCONIS (FRICCÆ, FRIGGÆ, FREIJÆ;) divino cultu LONGOBARDI, Scando Gothorum, haud inficianda progenies (v) apud exteros innotuere. Quem tamen Scandiani ideo aliis longe antiquiorem & celebriorem exercuere, quod Aſos poſteriores, qvi e patrio ſolo extorres, antiquiorum Scandiæ Aſorum, vt majorum ſuorum, famam involabant, non niſi apud noſtros, fixas maxime ſedes primamque ἀποθέωσιν obtinuiſſe certum ſit, ex EDDA & STURLONIDE (u) Ita Franco Teutones, vt paſſim Mœſo-Gothi & Anglo Saxones, dixerunt WRITA, WOLF, WORT, VIDE (w) pro Scando Gothicis ſimplicioribus RITU, ULF, ORD, OEDE, a quo RUDBECKIUS prædictum ODEN, derivat quaſi OEDARE, vaſtator, Mars. Verum de abuſu hujus adſpirationis, plura in ſeqq. (x)

(w) Remotioris ævi runographis, ideo PUNCTÆ runæ ᚠ & ᛒ ſeu G & P inuſitatæ fuiſſe videntur, quod & Alphabetum eorum iſtis caruerit, nomenclatura præcipue runarum id ipſum evincente; & in nullis fere Svio-

(v) cfr Introd. p. 19. (u) Eddæ myth. 149. collato prologo. Sturlonides in Hiſt. Regg. T. 1. c. 5. p. 4. ſeqq. coll. Prodromo noſtro p. 21. ſeq. item Introd pp. 15 26. 34. (w) His adde *vorm* vel *vurm* ſerpens; *guile* v. *guale* fraus; *guiſe* modus, *geong* juvenis; *geican* augere; *giſian* odio habere; *glicke* fortuna; *guerden* cuſtodire; *guadia* vadimonium; *Guilhelm*; *Guallus* v. *Gallus*; *Gilibert*; *Gerbert*; *Gaiſerik* vel *Genſerik*; *German*, pro Scando Gothicis: *orm*; *viel*; *viſe*; *ung*; *aika* vel *auka*, *aka*, *fia*; *lucka*; *varda*; *vadia*; *Vilhialm*; *Vallur*; *Hilldibiart*; *Herbiart*; *Haidric* vel *Henric*; *Herman*. Tandem ex Cambro Britannicis habemus: *guin*, *guerin*, vt alias & plures mittam voces, pro *vin* vinum, *varir* viri, cfr Skinneri Lex. Etymol. paſſim, Wachteri Gloſſ. p. 241. ſeq. coll. p. 346. & Hilleri Syntagm. Hermeneut. pag. 127. (x) litt. Z, γ, δ, ε,

SvioGothicis, niſi novitiis (*y*) curioſorum aliquot hominum lapidibus, reperiantur. Quare & ego jam ſupra ſtatuebam, eas ipſas, ab ejusmodi Chriſtianorum litteratoribus inventas fuiſſe; hoc tamen jam veriſimiliter concedens, dictarum litterarum ſonum, forte vsque adeo haud diſparem, inſtar mollius & durius pronuntiatarum D & G, ſed vix impendio atque communiter obſervatum, gentiles noſtros identidem edidiſſe; (*a*) ſecus vtique earum obtinendarum cauſa, alias, ſ. diverſas runas, facile inventuros, haud aliter ac tranſectas & punctas ᚵ, ᛂ, ᚤ combinatamque ᛅ (*) Quid? cum in tanta lapidum noſtrorum copia, puncta iſta ᛔ & ᛒ, non niſi rariſſime compareant, easdem eo æquius ad Chriſtianorum tempora deprimo, quo clarius ex Danorum, vel ſi mavis, Islandorum traditione (*b*) liquet, Runas ſeptentrionalium gentium, tunc maxime AUCTAS fuiſſe, & quidem ad genium litteraturæ Longobardicæ, vel Anglo Saxonicæ (*c*) Vbi tamen ægre conceſſerim WORMIO, (*d*) & RESENIO (*e*) quod WALDEMARO II. Regi Danorum, vel Islandicis magiſtris, origo runarum, quæ punctæ ſunt, aliarum ſit tribuenda, quam (exceptis noſtris æque ac Danicis & Norrigicis comparium formarum: ᚵ, ᛂ, & ᚤ, quippe gentilibus, (*f*) nec non, de quibus, heic agimus: ᛔ & ᛒ Chriſtianis) MINUS APTE & PLURIES DAGESSATARUM EFFICTARUMQUE, at in SvioGothorum Saxis ſcriptisq; gentilibus non reperiundarum: ᚧ DH; ᛂ I; ᚡ V; ᛁ S; ᛒ P; ᚿ duplicis N; ᛐ vel ᛐ TH, quarum tres poſtremas, cum ᛍ C, & ᛌ S, noſtri runographili (*g*) a Norrigiis forte acceperint; ne aucti a

 Chri-

(*y*) de quibus in Exam. Run. §. 12. (*) cfr litt. præced. S.

(*a*) Huc fere redeunt, quæ de Numero Runarum ratiocinatur cel. m. Magn. Celſius, in Oread. Helſing. P. 2. p. 63. (*b*) vide §. 11. litt. G. (*c*) cit. §. litt. C. (*d*) in litter D, c. 11. (*e*) in præfat. ad Eddam p. 14. (*f*) cfr litt. S. (*g*) vid. §. ſeq. ſign. * (*h*) in Litter. Dan.

Chriſtianis alphabeti adferam alios characteres, varie ac diverſe magis, quam apud SvioGothos exaratos, &, cum jam prolatis, opera WORMII (*h*) editos. Et vero, quis paulo prudentior miretur, ejusmodi runas; ſeu litteras gentilibus noſtris fuiſſe ignotas? quandoquidem indubie pateſcat, GRÆCOS & ROMANOS, vt Hyperboreos, initio XVI duntaxat contentos fuiſſe litteris (*i*) Vt etiam addam, FENNOS litteras naturales B, G, D, adhuc ignorare, & in motione excludere, ſicut omnem dictionem a duabus incipientem conſonantibus; (*k*) quin & a Chinenſium characterographia genuina, quæ Mandarica vocatur, D, B, R, abeſſe. (*l*) His expeditis, Gothicarum exempla vocum, pro ſtabilienda ſententia noſtra, de novitate punctarum ᚴ & ᛒ, producere juvabit: ſcilicet antiquiores: BINDINK, BIRDINK, MIK, ÞIK, SIK, KONKR, KUNUNKR, KIRVA, KARB, SKAB, pro recentioribus: PINDING, BIRDING, MIG, DIG, SIG, KONGR, KUNUNGR, GIRVA, GARP, SKAP. Quibus unam vel alteram philologicæ dignationis vocem addere fas fuerit. Videlicet PELL ſeu VELUM vel PEPLUM, quo, (*m*) NUMEN Biarmorum noſtrorum PERCELEBRE, circumnuptum erat, a runographis BELL pronuntiatum fuiſſe arbitror. Erat vero illud tantæ bonitatis, vt trium vecturarum pretium ſuperaret, quarum vel ditiſſimus DROMUNDUS, (*n*) qui MARE GRÆCUM ſecare ſvevit, capax

pp. 49. 53. 57. 60. 121. (*i*) Plutarchus in Platonicis quæſtionibus pag. 1009: *Quo pacto litteras variant; qui ſpiritus & quantitates litteris annotant, non litteras, ſed affectiones potius, & accidentia atque differentias litterarum, quod manifeſtum fecerunt* οἱ παλαιοι, δια τ̃ εκκαιδεκα φραζοντες αποχρωντως και γραφοντες; nam XVI. Græcis fuiſſe, ex aliis etiam conſtat ſcriptoribus. (*k*) cfr Waelii & Martinii Gramm. & Hodeg. Finn. (*l*) vid. Hiſtoire critique de la Republ, des Lettres &c. T. III. p. 85. ſeq. (*m*) in Hiſt. Herrœdi p. 33. (*n*) Sic vocabatur majorum noſtrorum *navis oneraria*, de qua Vereliu in Lex. Scytho Scand. coll. Introd. noſtra

capax fuiſſet. Et quidem BYSSINUM fuiſſe conſtat, cum & alioqui nuncupari ſoleat KOD vel GUD VEF, quaſi DEORUM TEXTUM; RABANO MAURO pariter COTAUUEPPI HUIZAZ, quod ALBUM eſſet; (*o*) verbo BELA pangere, compingere, ſtrenue efficere; frequ. BOLKA, BOLKARE Vulcanus, vnde & recentiora: VELA, VIELA artificioſe curare, ornare; frequ. VELKA; VELL pannus pretioſus. Veriſimilior hæc mea evadet opinio, ſi ſciamus, eamdem haberi vocem, a Gothis quidem evulgatam, non tantum in inſcriptione quadam Latina poſteriorum temporum, apud GRUTERUM (*p*) his verbis: SOLI. INVICTO. MITHRE. M. Vlp. MAXIMUS. PRÆPOSITUS. TABELLARIO. ARAM. CUM. SUIS. ORNAMENTIS. ET. BELA. DOMINI. INSIGNIA. HABENTES - - - - Verum & inter Græcorum, a Gothis itidem acceptas, recentiores voces: βελα ſive βηλα, βηλοθυρα, VELA, quæ TEMPLIS appendebantur. (*q*) Accedit noſtrum SKIP, olim SKIB, vt CYBÆA NAVIS (*r*) ac Græcorum κιβωτιον, navigium DEUCALIONIS; & quamvis his etiam ſit κυπη poculum, habent tamen κυββα, κυμβη, vt & σκαφη. (*s*) Quibus ſuffragantur Goth. KALA, hodie GALA, canere, frequ. KALLA denominare, vociferare; KALLSA verbis increpare; Gr. καλεειν, Latin. KALARE; item KOTA, Gr. κοιτη; KAUTE, KOETE, GOETE, Gr. κοτυς, COTYSO, nomen, vt Gothorum, ita Thracum & Dacorum regium. Plures voces ab aliis, qui linguam noſtram cum Græca & Latina contulere, ipſe earum Lector curioſus petere poterit. (*t*)

pp. 129. 143. 151. 171. 177. ſeqq. (*o*) vid. Diecmanni Gloſſ. p. 56. (*p*) L. 3. c. 10. (*q*) teſte Cangio in Gloſſ. Græco Barbaro; coll. Grævii præfat. ad Theſ. Antiqq. Rom. T. V. (*r*) apud Ciceron. in Verr. (*s*) Notum alioqui, vel ipſo Macrobio in Saturnall. l. 5. p. m. 21. obſervante, multa, apud Græcos, *poculorum* genera, a re *navali* denominata fuiſſe. cfr. Introd. p. 109. (*t*) vid. §. ſeq. litt. X. ſub fin.

§. VI.

NUlla nobis Scando Gothis ſuppetiit unquam runa, quæ MEDIUM inter ᚦ & ᛏ ſeu D & T. teneret SONUM; prout etiam præcedente §. oſtenſum, runographos DS, TS ſeu Z, diſtinctis exaraſſe runis, mediæ, profecto, poteſtatis aliquam habituros, ſi magnopere indiguiſſent; eadem ratione, quam §. cit. litt. S & U, de ᛅ, ᚼ, ᛔ & ᚡ adtuli. Niſi omnino quidquam, ex recentiorum, ſæpe Danorum, Norrigiorum & Islandorum, rariſſime vero, vel vix, Svio Gothorum, punctis & transſectis ᚦ & ᛐ, argutari collubeſcat imprudenti; qui neſciat, primo has runas omnino ex ᚦ & ᛐ ſeu ᛏ, h. e. D & T, eſſe formatas, adeoque NATIVO TENORE DH & TH ſonare; deinde eas, vt ab Anglo Saxonum litteris aſpiratis þ, Ð & ʒ ortas, de quibus in §. II. litt. C, ita & varios ſatis ac incertos, ab Islandorum runognoſtis accipere ſonos, quod mox breviter ad fragmenta runica, fuſe vero in appendice hujus opellæ, demonſtro. Aſt nec medium illum ſonum, tantopere ab aliis in dictis DH vel

vel TH jactitatum, noſtrum hodie admittit idioma, ne dum antiquius, cum majorum linguas ſimpliciſſimarum contineret runarum elocutio. Quare & lapidea teſtantur monimenta, eos ejusmodi aſpiratas litteras prorſus ignoraſſe, nec το ✱ ſeu H, aliis quibuscunque runis, quaſi iis connatum, poſtpoſuiſſe, quia ſic prorſus ſterile ac inutile futurum eſſet; quin, ceu fœcundiſſimum & vtiliſſimum, conſonis quibusdam ac vocalibus PRÆPOSUISSE, cum & ipſi SPIRITU gaviſi ſint MARTIO. Cujus & Græci propemodum participes fuere, quos vtpote, imperio non minus, quam origine noſtris Hyperboreis ὁμογλώσσους, haud paucas voces, ejusmodi pronuntiaſſe aſpiratione, nemo Græce doctus poterit neſcire. (x)

Sed his, pro inſtituti ratione, præmiſſis, ad MSS. noſtra monimenta redire lubet. Vbi, poſt fragmentum, §. præcedente recenſitum, non tam NORRIGICUM illud, quod ſupra aliquoties memoravimus, in noſtrum cenſum referre fas eſt, niſi quod, pro juniorum, in gente noſtra, runarum AngloDano vel Islando-Norrigico ortu demonſtrando, παραλλήλως deliban-

libandum fuerit (*) quam aliud, proximæ a priori illo orthographiæ, ſolicitandum venit, cui editor idem & interpres, titulum præfixit: SOLILOQUIUM, verius COLLOQUIUM MARIÆ. Et hoc quidem, vt illud Norrigicum, deprehendimus, ab aliquo recentiorum Chriſtianorum, initio runis dedita fuiſſe perſcriptum opera, ſed qui antiquos haud facile exuens mores, adeoque RUNOGRAPHIÆ, tum quidem ANTIQUATÆ, ſenticeta repaſtinaturus (y) ad infantis inſtar, Herculeo fere cothurno, habitu, puta, quaſi antiquario incedit, neſcius quippe, vndenam avitorum runographorum genuinus mage STILUS rite comparandus, ne dum qua parte certo figendus eſſet. Tam enim quem ipſe nonnunquam aptavit, NOVUS eſt & VERSATILIS, vt plus prodeat litteralis quam realis; dum illiterati & indocti, & tamen impendio cuncta novare geſtientis, ſeculi more, quem PEREGRINI DOCTORES, MONACHI, ignorantiæ fratres, vna cum LITTERATURA LONGOBARDORUM vel ANGLOSAXONUM HYBRIDA, introduxere, non modo novis characteribus, eadem licentia ſæpe variatis, qua effictis, ſed

&

& veteribus mirifice transformatis, majorum noſtrorum lingvam ac runographiam locupletare conatur. Ita Islandicis ac Norrigicis ſimilimos characteres exhibet ᛍ C, ᚢ U; ᛏ T, abrogato fere ᛏ; ᚦ DH vel potius TH; ᚵ G; ᚯ Ö repudiato itidem ᛆᚢ AU; ᚿ duplex N; ipſe autem addidit ᛔ P, loco ᛒ, nec non ſectum ᛚ pro duplici L. Hinc & vocales maxime geminat, nonnunquam & conſonantes, (z) quibus tamen, quod artis & lingvæ cujuslibet recognitoribus ac interpolatoribus accidere amat, adeo non potuit genium migrare runographiæ antiquæ, quin identidem proderet, runam ᚦ, & ſuo & majorum tempore, nequaquam τῶν DS, TS vel TH, ſed potius τȣ D, poteſtatem obtinuiſſe. Etenim, licet cum nobiliſſimo interprete, haud diffitendum ſit, iſtam runam, ab auctore noſtro interdum cum recentiore ᚦ confundi, quatenus utraque vicem τȣ TH in initio, D vero in medio ac fine vocum, paſſim obire videatur; tamen eandem ſibi antiquum τȣ D ſervare ſonum, tum ex multis vocibus, tum maxime inde patet, quod ᚼ ſeu H paſſim ei addatur, quaſi hujus,

per

per ſe, alioqui neſciæ ſoni. Denique & hoc adnotare libet, quod noſter runas ᚡ & ᚢ in medio quarundam dictionum, pro arbitrio, commutet. (α)

Huic fere æqualis habendus, qui LEGES & ORIGINES GOTHLANDORUM, ſtilo exaravit, vel potius deſcripſit, VULGARI; ipſe verus Gothlandus, haud oblitus ſimul, tam GOTHORUM memorare EXPEDITIONEM, quæ antiquis omnino temporibus, in GRÆCIAM facta, quam eorumdem LINGVAM, quæ, per continuata poſteriorum Gothorum itinera, adhuc SUO ÆVO, h. e. paulo poſt, quam religionem Chriſtianam, tempore Sti OLAVI, ſuſcepiſſent, in dicta Græcia perduraverit. (β) Hic idem runæ, quam ſolam retinet omnium, þ Islandicam pronuntiationem, per TSH, DSH & TH, adeo ignorat, vt quamvis ipſam illam runam paſſim oſcitabundus cum T permutare videatur; tamen non modo eidem T & S ſuffigit, ceu eadem minime contenta; verum &, non ejus, ſed, more Franco Saxonum, τῶν DS & TS loco, Z ſcriptitet. Videas proinde manifeſte, quod & litteræ T æque ac aliis F & G,

G, aſpirationem H. addat, & plurimis vocibus litteras c, ch, v, w, x, y, z, mirifice admiſcens permutansqne invicem; runographos tamen imitetur antiquos, non admiſſa τȣ F converſione in V, quamvis τὸ E terminationibus ER, EN & EL plerumque excludat.

His Legibus, quod ad runæ þ, & prædictarum veluti affinium litterarum, ſonum ac poteſtatem adtinet, maximam partem conſentit JUS BIRCALE ſeu MUNICIPALE civitatis STOCKHOLMENSIS. (**) Cujus CONDITOR, licet BIRGERUS JARLUS II. fuerit, STYLUS tamen, yt ad nos pervenit, nonnihil RECENTIOR eſt; (γ) quem & referunt ferme eundem, Legum SUDERMANNORUM, atque quos nuper inſpicere datum, OST & WESTGOTHORUM, nec non DALEKARLORUM ac WESTMANNORUM, CODICES MSSCti. Quorum præterea ſinguli, F, in certis vocibus, cum U conſueſcere faciunt, E contra in terminationibus ſervato.

(x) Enimvero runam ᚼ ſeu H, quæ in lapidibus nuſpiam τῷ þ ſeu D, vti nec aliis conſonis, nedum vocalibus, conſpicitur adfixa, niſi, quod rariſſime fit, ſimul aut proprium, eundemque clarum, qui compo-

ſitis contingit vocibus, ſonum expoſcat, aut ſaltem vim litteræ G (w) recipere cogatur; aliqua ex parte, runæ ᛏ ſeu T emollire vel intendere poſſe nativam poteſtatem, nobis Scandianis, quippe medii ejusmodi inter D & T ſoni expertibus, nemo rite recteque perſuaſerit. Adeo fieri nequit, vt quisquam þ in vocibus þraki, þreng, þiarn, þui, þar, þegar, &c. per TH vel DH clarum, multo minus per TSH vel DSH, ſeu Z, reddere poſſit, quin idem prius & jam cum lacte materno, SCLAVIZANTEM illum, & maxime sibilantem, dentalem ac stridentem ſonum, de induſtria & conſulto hauſerit, didicerit. Quocirca probe tenendum, quod, cum SCYTHO-CELTÆ, aſpiratione H magnopere delectati ſint, iidem tamen, vt fere GRÆCI, nusquam, niſi in dictionum initiis, ea vſi fuerint; præterquam ſi vox eſſet composita, vbi quidem Græcis, ſaltem poſterioribus, non item noſtris, exulare ſuevit. Voces ScandoGothicæ, nobis, inſtar multarum, ſint ſimplices: hreisti, hrinda, hring, hnefa, huad, huaskur, hloþver; compoſitæ: hrottahrid, harmhugaþur, ohagur, sionhuerfing. In his, inquam, & pluribus aliis, quam maxime vſus τȣ H obtinuit, idque ob martium & heroicum spiritum, quo majores noſtri, græcorum tam victores, quam cognati (x) & vires & animos prævalebant; ſed romani ejus non vsque adeo capaces, littera H caruere, niſi quod eam CICERONIS ævo, vocalibus præpoſuerint. Hinc & eandem, maxime in peregrinis vocibus ab HR incipientibus, poſteriorem locum occupare coëgerunt; e. g. in rhenones (y) rhenus, rha, quæ a Goth. hrenna, hrann, cur-

(w) De qua in proxima litt. V. nec non in ſeqq. litt. Z. & æ.
(x) cfr Introd. p 33. alibique paſſim. (y) de quibus omnium rectiſſime Loccenius in Antiqq. Sv. Goth. p. m. 93. coll. Introd. noſtra pp. 21. 165. 213.

currere, cucurrit, fluere, fluxit, tam bene deriventur, quam a Gr. ῥυειν, ῥειν. Idem obſerves in RHETOR, Gr. ῥητηρ, Goth. HRODDR, HRADDR (ſcilicet MADUR,) cantor, altiſonans, HRODD vox canora, RHODUR laudatio, poëma; verbo HREIDA, HRÆDA, loqui, ſolvere, explicare, freq. HRYTA, HRIOTA, HROPA, rudere, vociferari, vnde ῥυθμος RHYTHMUS, ſiquidem conſtet, eum olim CANTU maxime conſtitiſſe. Sed a HRADA ſuadere, imperare; frequ. HRÆTA, HRÆTTA, rectum facere, ordinare, æquare, derivata ſunt HRÆTTIR vel RÆTTER, leges, jura; Græcorum Athenienſ. ῥητραι, quorum & conſonat ῥητον, ſententia, oraculum. Ita & huc redeunt RHEDA, Gr. ῥεδιον; RHODANUS; Ῥοδος atque Lex RHODIA, & ῥοπτρον, ῥοπη &c. (z) Adpoſite, ſane, PLATO (a) prodidit, inſtrumentum veluti omnis vocis eſſe H, adeoque rem ſpiritu plenam, omnibus aſpiratis, præcipue littera ῥ ſeu HR, fuiſſe deſignatam. Neque tamen miror, Græcos το Α nusquam aſpiraſſe, vt nec in voce λαμας, quæ, vt vix Græca, ita rariſſime occurrens, & tamen ab HESYCHIO adſerta, MURIUM denotabat genus (b) quale noſtrum

conſultis tamen Gronovii notis in Herodoti L. 4. (z) Ρεδιον, Goth. *brede*, a *breida*, *brida*, ſolvere, vibrare, equitare. *Rhodanus*, cujus prior ſyllaba a Goth. *hro*, *hrodd*, remigo, remigatio, Gr. ερεσω; poſterior itidem a Goth. *a*, *ao* craſſioris ſoni, in obliquis *an*, *aon*, fluvius, amnis. vnde forte inſula *Rhodus* dicta, lexque Rhodia, quum nemini non Græce perito innotuerit, illam inſulam rebus maxime inclaruiſſe maritimis, prorſus vt provincia Svedica *Rodslagia* ejusque lex Rhodia. Goth. *hropta* movere, evolvere, *hropte* gladius, clava; Gr. ῥεπειν inclinare, tendere, ῥοπτρον baculus, clava, μεγαλη ῥοπη, magnum momentum, Goth *mikla hrope*. (a) in Cratylo p. m. 67. coll. Lamb. Booſi Exercitatt. philol. & diſp. de lingva Dalekarlica p. 44. (b) Quod inſolenter prorſus *agros* infeſtans, *ſegetes* ſuccidere ſuevit, immo in totas *regiones* irruens, *incolas ſolum vertere* nonnunquam coëgit, cfr Trogum l. 15. & Diodor. Sic l. 3. ſed in hanc

RIPHÆUM ſeu ALPINUM (*c*) quod noto nomine HLÆM, verbo HLÆMA, HLAUMA, occulte, inſidioſe agere, frangere, impedire, a WORMIO eleganti deſcriptum invenitur libello. Sat prata biberunt! Qui tamen pleniore modio HARMONIAM liguarum GOTHICÆ, GRÆCÆ, LATINÆ & ITALICÆ, haurire volet, neceſſe eſt conſulat ejus curioſiſſimos C. AQUILONIUM & J. PERINGSKIöLDIUM. (*d*)

(*) Nobiliſſimus ille & doctiſſimus noſtræ gentis Vlyſſes, J. SPARFWENFELDIUS, Antiquitates Scandicas apud Norrigios indagaturus, CODICEM LL. Borgarthingenſium pergamenum, a Paſtore quodam, dono accepit. (*e*) Hujus vero codicis, ætatem 400 fere annorum ferentis, vacanti prorſus folio, PALLIDIORE atramento, majuſculis tamen runis, RUBRO ornatis colore, inſcripta viſitur deſignatio Limitum, NORRIGIAM primo inter & RUSSIAM, deinde inter SVEDIAM & DANIAM conſtitutorum, quam ad amuſſim autographi, cura PERINGSKIöLDII Sen. delineatam, Lectori heic ſiſtimus curioſo; monentes etiam, quod qui præcedunt limites, ſubſequentibus juniores cenſeantur, illum autem locum meriti, quod ad patriam pertinerent noſtri exſcriptoris. (*f*) Quod itaque jam ad ipſam

plura alibi. (*c*) de montium Ῥιπαίων vt & *avis* noſtræ Alpinæ, *Hripa* vulgo nominatæ, ἔτυμα a montium iſtorum *natura* & *ſitu*, cfr poſt Rudbeckii Atl. diſputationem Vpſ. de iisdem habitam. (*d*) Prior ille *Aquilonius* ſeu *Wormius* (vt mecum agnovit Vir celebris, *D. J. Erichſon*) in geminis Diatribis de *Danica lingva cum Græca & Latina miſtione*; Poſterior autem *Peringsk.* ſen. in nott. ad vit. Theod. vbi p. 356 - 374. prolixus catalogus vocum *Gothicarum* & *Græcarum*, ſed p. 386-401. haud adeo minor vocum *Goth.* & *Italicarum*, proſtat. (*e*) Vt ipſe ad calcem ipſius codicis adnotavit, ſequentibus plane verbis: ex liberalitate Reverendi Domini *Nicolai Halfwardi*, Gierpenſis Eccleſiæ prope vrbem *Scheenenſem* in Norvegia *Paſtoris* vigilantiſſimi, factus eſt hic Legum Norvegicarum codex *Johannis Sparfwenfeldii.* Scheenæ die 9. Aug. Anni 1677. (*f*) Quod in Deſcriptione mea Scandiæ hiſt. Geographica probo, vbi omnes, qui Svio-

DESAR: OUTHA: MERKUM: A
æftir. dui. ſem. gamul. M. æ
dæ. Ruſſæ. Konger. tætuw. d
ja oc. Ligkær. dan. bina.
Driacimos. ok. inth. æftr. Sa
æ. tær. ſtum. LANTHSKAN. M.
...æ. ſem. ...aſkin... af.
ſæ. læthar. ETC.

LANTHMARK. MÆLLIN. SUÆRIK. OK.
ORDO. FIUHUSKÆG. I. THAMRK.
thi. of. Suæriki. Tolæ. ok. Tottæ
mannalanthi. Bodvithr. af. Hælſink
kæ, af. Iutlanthæ. Gunkil. af. Siæla
tunum. af. Hallanthæ. dæ. tolf. ſa
ruſſæ. annar. i Thanabæk. trithi.
ſtæn. ſætta. Brim... Rain...
SKIFTÆR: I. DRÆ. HLUTIR. ÆIN.
THIA. NORRÆHS. KUNUNG. ()
HIÖAT. I DANAI. KUNUNK. V
KUNUNK. YSTADI. HANS. N
Kliſiar. Nekræs. Flakbæk. Sunſiö.
Thiubthal. Drosnes. Ornabiarhg
Klokkobiard. Mialkn. Mæſæ. Byrö
fiö. Rohn. Orhö. Rabek Kunun
at. Veſtragötlanthi. ok. Finnithi. o
ſiö Mahinſæ.

HÆ INQUILTÆ MARCHIÆ (SITÆ) ſu
dum priſci Viri tradiderunt, &
vium tributa capiat propter ma
viam ad Ligkær; itemq vicin
la pro ſcoma) orientalium
partim KARELI ſeu maritimi
orientali illa Marchia (quam
conventum Habitori ſunt, velu

LIMITES INTER SVIONUM REGNUM ET

iro: mællin: Norræ: Kununkriki: auk. Ryſſa. kununkr. [illegible]
ra. kuæthit. ok. ænth. kuetha. althr. bumæn. og. Finnar. kuet[illegible]ar.
[illegible] Haſ[illegible]n. [illegible] fiall [illegible] mellæ.
[illegible] Norkin. [illegible] outh. [illegible]ggr. af Norkin. a. ſkolla. outh[illegible] til.
[illegible] till. Vall[illegible] [illegible] half [illegible]r:
alva. aati takas. ok. na. mæira. aa. dan. outla. outham[illegible]um.
[illegible] og [illegible] [illegible]har.

Tanmaurk: Omunthr: Slæma, var. kunukr. i. Vpsalum. ok. Sin.
dau. ſæu. riſtær, mællin. rikin. Særiki. og. Thanmaurk. dau. nem-
af. Opllanthi. Krimalthæ. af. Syrmana. lanthi. Gaſæ af. Væſt-
alanthi. Tori. af. Vaſtrgotlanthi. Tarſtin. af. ôſtargôtlanthi. Tok-
nthi. Vbo. af. Fynæ. Than. af. Skanæ. Krimulf. af. Grimulu-
ttu. ſiæks. ſtaina. mællin. rikin. hin. fyrſtæ. ſtæin. ſtar. a. Snutu-
er. kirkiuſtain. ætha. kanſtoin. ſiardæ. i. Vraksnæs. fæmdæ. Huidæ.
ſtaunthr. mællin. Blækönk. ok. Möiræ. Thanahulm: ær.
a. Vpsalæ. Kununk. annan. a. Thana. kunung. ok. dri-
da. ær. stæfna. deira. var. a. Thanaholm. da
psaæ. kununkhs. ôrsi. stiorni. ok. Norkiks
a. byrjaſt. i. Thanaholm. af. Thanaholm. ok. i. Stam[illegible]
althramanna. Brekkiu. Thuerharith. Æno. Klintamöſe. Sinvis
Kathnorör. Mathælnæs. Viſlulanth. Væb ærk. Ællæræs, Skutruas
Spatu. Spatuas. Aſtabiard. Strekin. Oſtbutha. Thanabækk. Skatu-
kava. Motyrdathil. Bökſiö. Bökebek. Flyſivik. Barn. dar hitiſt
k. Halland. af. Barn. i Oſtthuithi. Spatho. Biarſiö. Dolesiö. Sak-

nt inter Norri regis regnum et Ruſſorum Regem, quemadmo-
adhuc referunt omnes ſilvicolæ & Finni. Quod Ruſſorum rex ci-
re usq; ad Lynkaſtufuthi, porro ab omnibus monticolis inter Flu-
n magnum Moæiækillæ; ſed Rex Norrigiæ poſſideat tributa (ſkol-
ad Driadimos & juxta interiora Santhviki usq; ad Vallæaa, ub
Finni habitant, indeq; finni pendent tributa, & non plus in
quinque cineraceas pelles pro quovis arcu. Adeo quando poſte
at in poſteris conventibus eſſe ducendos (limites) etc.

Tanmarchiam. Omuntus deſertor erat rex Vpsalis et Suen[illegible]

ipſam ſpectat runographiam, tenendum primo, quod, præter combinatas quaſdam runas, etiam ᚦ, ᛏ & ᛐ, in plurimis vocibus, ad exemplum Anglo Saxonum diſtinguantur non minus invicem, quam confundantur, vt in ᚦANAKONG & ᛐANAHOLM, LANᚦ & LANᛐ, MOTURᚦAᛐAL, ᚦRIA, ᚦRIᛐIE, FIARᚦE, FÆMᛐE, YSTÆᚦI; additis ᛏAᛐ, ᛏOR & ᛏORSTEN pro antiquioribus ᚦAT, ᚦORE & ᚦORSTEN. Secundo quod ἀρχαικῶς quidem ᚼ Æ ab leviter ſecto & puncto ᚽ vel ᛂ E ſeparetur, in vocibus ᚦESAR MÆRKUR (g) item quod ᚴ pungatur, pro G, ſed ᛒ bis, pro P obtinendo, quod & in Islandicis atque Danicis deprehendimus, quorum proinde etiam ᚼ ſeu H longiuſculis apicibus (h) pictum, adeoque paſſim poteſtatem Latini G adſciſcens, Norrigio huic runophilo arriſit, ne obſcurum vel certe ſuperfluum ejus vſum, in vocibus KUNUNKHS & BIARHG, ſollicitem. Tertio, quod ᚢ punctum, ſonet quidem Y, in RYSSAR, SKYLTHR, FYNTH; ſit tamen aliquoties, vbi etiam ᛦ ejus locum ex aſſe veluti obtineat, vt in dicto RYSSA, nec non YSTÆᚦI, LYNGA, BYRÖ; quamvis & ᛁ pro iſto ᚢ perſpicue occurrat, in BINA. Quarto, quod ᚬ ſignet quidem & o & ö, ſed ᚬ modo ô, in NORRIK, SKOLLA, NÔRRIK, GÔT, ÔRSISTIORLI, SIÔ, quorum nihilominus poſterius ᚬ, alibi diſtinctis runis ᚭ vel ᚭ & ᚢ habetur exaratum, in AUTHA, OUSTA, quibus tamen ᚬᛁ æquipollet in MÔIRÆ ſ. MÔRÆ. Quinto, quod, præter ᛋ ſeu S, etiam ᛧ habeatur in binis vocibus VRAKNÆS & HANS, quod ta-

Gothiam cingunt limites, producuntur. (g) Scriptum quidem eſt *markum*, ſed oſcitanter, ᛦ in ᛉ mutato. (h) Qui Gothice *kna* & *born* vocati, cfr. §. VIII.

tamen celeriter ſcriptum, Danico æque ac noſtro recentiori ᛁ reſpondet. Denique heic notandum, tam hoc, quod ᚢ vicem nonnunquam ſuppleat τȣ ᚠ, in AVA pro HAFA, licet & HUFUᚦ exſtet, excluſo etiam ᚋ in terminationibus, KUNUNKR, IFTR; quam illud, quod duplicatio vocalium auctori noſtro haud inſolens ſit, in VALLÆAA, GRAASKINTH; vt παϱοϱαματα addam SEN, SERIKI, THAMRK pro SVEN, SVERIKI & THANMARK. &cc.

(Y) Prenſant, vtique, ληκυθȣς, ni prorſus argumenta ανακολȣθῳ laborantia, qui ſpontaneo ſolum præcipuorum noſtræ gentis civium conſilio, non PAPÆ & ſic vocati CLERI præpoſtero ZELO, vel, ſi mavis, ſacra inſtigatione, RUNARUM, in publicis monimentis & ſcriptis VSUM fuiſſe PROHIBITUM, adeoque ſenſim abrogatum, contendere amant. Quod alibi (*i*) teſtimoniis hiſtoricorum non minus, quam antiquariorum αξιοπιϛοις evici, quos inter, Lectori facile ſatisfacturus, eminet E. SCHRADERUS, qui (*k*) cauſſas & tempus abrogatæ ejusmodi runographiæ, ex VETUSTATIS QUODAM FRAGMENTO, rotundius licet enarrato, producit. Cui paria de ſuarum runarum fatis adſerentes jungamus BRYNOLFUM Isl. & WORMIUM Dan. (*l*) quorum poſterior, quemadmodum Cl. ÖRNHIELMIUS & MAGN.

(*i*) in Epiſt. Reſponſ. p. 6. (*k*) in præfat. ad Lexicon Lat. Scond. vbi verba ejus potiora ſic habent: *contigit namque A. C. 1001. quod* Olavus (Rex) *re ipſa perciperet, cauſſam eſſe Runas principem, cur Chriſtiana religio nullum plane progreſſum fecerat; in concionem vocatos Regni proceres interrogat, conſultat, quid faciendum foret? An Runa, tanto hactenus tempore vſurpata, penitus extirpanda? Et vtrum* Latinæ, *quæ petitio* Sylveſtri *Papæ Romani fuit aſſidua, in priorum locum ſubſtituenda? Hic collatis ſententiis viſum fuit (inſtigante quoque acriter* D. Sigfrido, *nuper ex Anglia in Sveciam accerſito) plane extirpandas Gothicas litteras, quibus* maledicta & blaſphema idolomania *deſcripta erat &c.* (*l*) Brynolfi verba Wormius in Litter. D. c. 28. p. 155. ſuis inſeruit.

MAGN. CELSIUS noſtrates (*m*) ſuis magni ponderis rationibus, priorum corroborat teſtimonia. Et ne iſta ſola eſſe crederemus, quæ Cleri protervam crepent perſuaſionem, RODERICI excitavit verba, (*n*) quibus pateat, litteras TOLETANAS, in CONCILIO quodam, A. 1116. a PATRIBUS, cum primate BERNHARDO, damnatas fuiſſe. Certe, ipſius abolitionis decretum, ad inſtantiam GREGORII VII. PAPÆ emanaſſe, REPUGNANTIBUS LICET VALDE SUBDITIS, adnotavit ALDRETE. (*o*) Hinc videas J. GOTTFRIEDUM (*p*) narrare, quod RECAREDUS & ALPHONSUS Hiſpaniæ Reges, ejusmodi characteres, & iis concinnatos libros, aboleverint, vt ſimul HÆRESIS opprimeretur ARIANA. Quorſum & Hiſpanorum fere ſpectavit inſtitutum, quo (*q*) multos Americanorum libros combuſſerunt, quod SIGNA MAGICA iis contineri putarent. Adeo qui his refragari vellet, temere prorſus ſeſe daret, ignorata quippe, vel diſſimulata, Monachali, quæ ſecc. IX & X obtinuit, vt humaniorum litterarum, & antiquioris certiorisque hiſtoriæ paupertate (*r*) ita & non modo gentilium monimentorum & elegantiarum inconſulta oppreſſione, ſed & bruta *της ιεραρχιας και ψυχοτυραννιδος* affectatione. (*s*) Interea RUDES gentis CHRISTIANOS, paſſim MORES conſervaſſe PRISTINOS, quibus ab infantia aſſuevere, vix quispiam diffite-

(*m*) Prior in Hiſt. Eccl. p. 414. ſq. Poſter. in Oread. Helſ. P. I. p. 29. (*n*) l. c. p. 154. coll. p. 31. (*o*) in litteris J. Ph Schmidii, quas videas in Memor. Stadeniana p. 326. (*p*) Chron. P. 6. p. m. 524. (*q*) Teſte Relando in diſſertt. ſuarum duodecima, de linguis Americanis, pag. 167. (*r*) cfr Heumanni Conſp. Reip. litt. pp. 94. 97. 250. Journal des Savans, pour le mois de Novembre 1713. augmenté &c. p. 503. (*s*) vide Oernhielmii Hiſt. cit. pp. 139. 311. 324. Ejusq; Deſcrip. SvioGoth. ant. & nov. ms. L. 1. c. 7. præſertim celeb. Profeſſ. Scarini Diſſertt. de S. Olavi pravo Religionis Zelo, de Henrico Fennorum Apoſtolo, de Condominiis Svethicis, & de Denario Sanct Petrino.

ſitebitur, qui ſaltem noverit, CATECHUMENIS, Goth: PRIMSIGNADIR, non item BAPTIZATIS, Goth. SKIRDIR, ab eccleſiæ Paſtoribus conceſſum fuiſſe, MORIBUS vivere & GENTILIBUS & CHRISTIANIS. Quod in Examine Run. ſufficienter probatum eo, ſimul teſtimonia proferens antiquorum Patrum, Græcas & Gothicas cerimonias deſcribentium, de MARIOLATRIA ſatis luculenta tam SEMI CHRISTIANORUM, quam ARIANORUM, quales Gothorum domeſticorum æque ac exterorum haud pauci fuerunt, qui ſubinde, cum patriis, colere amaverunt Chriſtianorum, ſeu catholicorum, TRES, ſic dictos, DEOS, inæquali dignitate præditos; (t) adducta inſuper notabili STURLONIDIS relatione de SMOLANDORUM noſtrorum GENTILISMO, adhuc ſec. XIII. reſiduo. Præterea de SEMI CHRISTIANISMO gentium borealium, præſertim & CHRISTUM & THORUM adorantium, ne quid de HAKI ADALSTENII alumni ſemi Chriſtianiſmo dicam, nonnulla ex TORFÆO (v) peti poterunt ſcitu digna.

(z) Videas, præter ignoratam forte antea SvioGothis runam ᚼ, de qua ſupra & ſeq. litt. α, auctorem hunc primo, in gratiam litteræ C, figuram effinxiſſe ʟ (quaſi Danorum vel Norrigicorum ᛁ (u) retenta tamen runa ᚴ ſeu K, in verbis ᚴRʟUIFIʟSUS & VRYʟAᚦ. Secundo in vſum litteræ P, tantum abeſſe, vt cum ſupra recenſito hiſtorico, qui de Hialmaro agit, ᛒ punctum adponeret, vt potius id ipſum divaricatis apicibus mutaret in ᛕ, licet alibi, vt dictus hiſtoricus, τῷ ᚴ, quo G haberetur, iſtud ſigni impreſſerit ſtudioſe. Tertio runas ᚼ & ᚼ, quæ lapicidis pro o & ω vſurpatæ, hoc modo diſtingvi ab invicem, vt poſterior, conſuetudine Norrigica ö, prior autem o audiret; vbi tamen neſcius

(t) cfr Clerici comp. Hiſt. Vniv. p. m. 133. (v) in Hiſt. Norrig. T. 2. pp. 118. 197. coll. p. 5. (u) apud Wormium litt. Dan. p. 57.

ſcius, vel ſusque deque habens, quod antiquiores iſtud ô runis ᚢ & ᛅ ſignaverint, hanc earum poſteriorem ſolum in locum τȣ Y adhibet, quamvis & vice iſtius ᚼ, paſſim ᛆᚢ ſ. AU ſcribat, vt in FAUGR, AUNGR. Quarto vocales æque ac diphthongos inſolenter geminari, in OOS, SAA, BLOOD, VIIH, EET, MIIN, BÔÔN; immo & juſto pluries duplicari conſonantes, in HIARTTA, VANDDA, BÔÔNN, quarum poſtrema NN vt obtineatur, quinto, more itidem Norrigiorum, runæ ᚦ apicem hoc modo ᚦ duplicari, qualem tamen veteres cum ᚼ ſeu O eandem voluere. Aſt & ſexto, pro duplicanda littera L in TILL & MILLD, runam ᛚ transſectam obiici. Septimo, runæ ᚼ ſæpe non tantum vim τȣ G adtribui, ſed &, abſurde nimis ac tædioſe, eandem, ejusdem poteſtatis ergo, geminari, videlicet in OHHAN ſ. ÔGON, ENIHHISTE ſ. ENIGESTE, ENDESTE; EHING ſ. EGIN; quibus conſonant SAUHÞE, SÔRHIA, FAHRE, pro SAUGÞE, SÔRGIA, FAGRE. Sed vero, quia ex ſuperioribus (*a*) patuit, iſthanc τȣ H pronuntiationem per G, ejusque vt & aliarum litterarum GEMINATIONEM, ortam eſſe ex peregrina ANGLO SAXONICA & FRANCO THEOTISCA dialecto ac ſcriptione, addere jam haud pigebit exempla plura, eademque primo ex antiquiore MOESO GOTHICA. Nimirum in vocibus THAHAN, Scando Goth. taga, tiga; THAHUH, danig. Secundo, ex FRANCO THEOTISCA in IH Sc. Goth. ig, eg, ik, ek; BEH bik, bekk; THOH dog, dok; RIIHHE riki; SOOHNI ſokni; MIHIL mikil; UUIH vig (ſacer) Tandem ex eadem Iſidoriana: CHILIHHAN likan; BOHHO boken; SPREHHE ſprâke; DHEHHIDON tektan; DHIIN din, GHEIST gaſt, vt alia mittam (*b*) quæ apud noſtros ſub Papæo tempore invalu-

(*a*) §. 11. litt. C. (*b*) cfr litt. ſeqq. γ, δ, præſertim ε.

valuere. Et quidem huc referri poterit vox Franco-Theotiſca KETZER, quæ mihi optime derivanda videtur a Græco ἑτερος, alius, ἑτεροδοξος, diverſæ fidei; cum præterea conſtet, Germanicas gentes, alia etiam eccleſiaſtica vocabula a Græcis mutuatos eſſe; e. g. PRIESTER, PFAFF, OPFFER &c. Quo tamen vix referendum KIRCHE, quaſi a κυριακη; quod tamen vt a κυριος eſt, ita noſtro aptius reſpondet HIR, HER, HERR, herus, heros, dominus, ab HA altus, HARRE, altior, ſuperior, quod vtique apud Græcos in KYR abivit. (c) Certe, illud KIRCH, manuductore DIECMANNO (d) me derivaſſe memini (e) a Goth. HIRG, HAURG, HORG, quod tamen mihi poſtea expreſſius indicavit ECKARDTUS, (f) demonſtrans Franco-Teutones ac Anglo Saxones, non modo æque, ac Gothos noſtros, dixiſſe HÆRG, HEARG, verum & HARUC, HARUCA, HARUGA, CHARUC, CHIRUC, CYRIC, KERC, CIRC. Cui adfine eſt Mœſo Gothico Helveticum KELIK, cœnaculum, eccleſia, de quo WACHTERUS. (g) Sed pro noſtro HORG, ego fuſius l. cit. (h) egi.

(a) Equi-

(c) Etenim quamvis & Græcis ſit ἡρως heros, dominus; tamen aliunde conſtat, eos, vt aliarum gentium H in K. mutaſſe, probante idipſum Diecmanno in Gloſſ. Rab. M. p. 140. coll. pp. 65. 69. 136. ita & Scando Goth. *halm* in καλαμος culmus, caulis; *hol* in κοιλια cavitas; *harda*, *hardla* in χαρτα valde; *hud* in κυτις, σκυτος; *hliſþ* in κλυπεος, &c. (d) l. c. p. 91. ſeqq. (e) in Introd. pag. 25. (f) in Biblioth. Brem. p. 291. (g) in Gloſſ. Germ. p. 201. (h) Scilicet ex antiquitatibus Gothicis evici, noſtros majores vocabulo *hirg*, *horg*, *domunculam* maxime *deorum*, ſeu *ſacellum* denotaſſe, cum quo apte ſatis congruat hodiernum *korg*, *karf*, corbis, carpentum. Patet etiam ex Eddæ Sæmundianæ parte, quæ Hyndlæ carmen vocatur, ejusmodi ſacella fuiſſe tam e *lapidibus*, quam *lignis* fabricata. Cui addam Kialnæſingorum hiſtoriam, in qua *Þori* & aliorum numinum *ſimulacbra*, iisdem *horgis* fuiſſe incluſa referuntur; quæ & Græcis ναιδια, ναισκοι, Goth. *naſten*, appellata, appoſite huc canente Tibullo: *ſtabat in exigua ligneus æde deus.*

(*α*) Equidem liberæ admodum auctoris noſtri novandi mutandive prurigini, quam littera indicavi proxima, oportune illudere animus foret, niſi tenaci cetera ſtilo, τȣ þ antiquo ſono D. ſæpe faviſſet; vt in vocibus BAþþE, JOᛏᛏE ſeu BÂDE, JODDE, adeoque & in LEEþ, BLOOþ, SMITTÆþ, SORHþE, HAFþE, SAHþE, SUORAþE, STAþUM, BLIþA, BLOþEᛏ, MOþER, ORþET, BLEKNÆþE, MÆþAN, þÆT, THÔÔþ; inprimis JUþHA ſ. Judas (Apoſtolus) & ELSKUþH; vnde diſcamus licet, H τῷ þ minime includi, comparatis huc vocibus ENIGH, VIH ſ. ve! Sed & ſui veluti oblitus ᛏ in ᛏROþE, ᛏROþES, SORHᛏE, TALAᛏ, pro T ſcripſit, ſicut þOLA pro TOLA. De cetero, alternam fere τῶν ᚠ & ᚢ ſcriptionem prodidit in LIFA, LIIF, TYRFTHE, GIVA, LIOVA, HOVED, YVER.

(*β*) Vide Origg. Gothl. p. 48. coll. PERINGSKIÖLDII notis in vit. Theoder. p. 442. ſeqq. de GOTHORUM in GRÆCIAM expeditione & lingva ibidem, auctoris tempore, obtinente; item earundem Origg. pp. 49. 51. coll. Legum p. 10. de REGIS SVEDICI in Gothlandos REDINTEGRATO IMPERIO, & horum deinde converſione

Sicut præterea Gothis noſtris, apud Verel. in nott. ad Hervaræ hiſt. pag. 31. ſeq. ex iſta voce *horg*, etiam *ſimulachra* ipſa & aliæ *res ſacræ* denominatæ fuerunt, ita & Latinis *haruga* idem erat quod *hoſtia*. Quid? quod Græcorum καρȣχα & καρȣχιον huc ſpectet, quod a Barbaro Gothico noſtro *kerra*, carrus, German. *karre*, *karch*; Gall. *chariol*. Aſt præcedentibus non obſtat WACHTERI opinio in Gl. p. 201. ſeq. dicentis: quod, *quamvis* hærg, harah, chirih & kerk *ſe mutuo referant, ita vt poſteriora videri poſſint ex prioribus orta, credibile tamen non ſit, Francorum & Saxonum* apoſtolos *voluiſſe vocem* idoleis *propriam, in denominandis* Chriſti *adibus retinere*; ipſe enim hoc modo ſibi contradicit in vocibus *raunen* & *leichnam* pp. 260. 213. ſicut nec reminiſcitur, gentilitias: *Fan* & *Goth*, a Chriſtianis retentas fuiſſe; item vocem *runa* in Saxonicis: *godes rices geryne*; in Francicis: *giruna himilorichis* vſurpari, cfr. p. 151.

ne ad CHRISTIANISMUM, quæ auſpice OLAVO ſancto, contigit.

(γ) Poteſtatem τῶν DSH, TSH, TH, nullam fuiſſe in Runam þ, ſed potius in Z, videmus ex vocibus GUZÞIENIST, ELZSTI, BLOZ, GIELLZ, WREÞZ, WENZL, BANZMAL, LANZ, HAIZL ſ. HEDSL, hedit; BAIZL ſ. BETSL, FOZ ſ. FOTS; hinc & GETSLA ſcriptum. Eſt & ubi optimum runæ þ ſonum ingerant EEÞI, STEÞZ, WREÞZ, EÞZSÖRE, BLOÞSAR, MIÞSSUMAR, STAÞSINS, BAÞ, BÖÞ, FÆÞRNI, FEÞR, STAÞGAÞ, ÞYRÞ, ÞIN, ÞRAUM, VANÞRÆDI, ne proferam voces easdem & ſimiles, quæ D pro þ continent; additis tamen, quibus, per negligentiam, þ pro T allitum ſit, in MAÞNAD ſ. matnad, ÞRAÞ ſ. trâd. Sed vt iterum videamus þ diverſum eſſe a TH, facit τȣ H additio ad T, in THINGU, RETH, LUTH, quemadmodum etiam ad F, in NEFHA. T autem in medio & fine dictionum, vim ſemper obtinet antiquam, niſi in rariſſimis. E præterea, ſuo privatur interdum loco, in THR, SITTR, MAÞR vel MANDR, KALLR, HOGSL, ACHSL; quod tamen in HERS & LAGGIERTR non procedit. Sed en! exempla promiſcui vſus tam þ & D atque T, quam aliarum litterarum, etiam peregrinarum, in vocibus: WREÞS HAND GIORÞI, ANÞVERÞU, ANDRIR, BRAGÞI, VERÞER, SELJA BÖNÞIR EÞA BRYÞLINGA IORÞ AT OÞRUM, CUMIT ER VNDIR ÞRIÞIA, OC IKU EPTR, ÞA STEÞZ QUERT I GARÞI, TACI (alibi TACCHI, TACHI) KERLDI OC QUINDI, KENNIR KUNA BARN OC HANN QUEÞZ NAI VIÞR, BAIÞAZ KANSAKI (al. RANXSAKI) DYMA (al. DÖMA) TYÞABARN, SCYÞI, SOKNAFULKI, VTKASTA BARN, SKARLAÞ, KIRCHIU, (al. KIRCIU) CRISTIN, NAICCA (al. NAICKA) GUTNISCH (al. GUTNISK) ACHSLAR al. AXSLAR.

(*) Jus

(*) Jus quidem BIRCALE editor HADORFIUS, civitati BIÖRKÖÆ, vt in Mæleri lacus inſula ſitæ, antiquitus datum operoſe ſatis probare conatur; ego autem in Epiſtolica diſſertatione de STOCKHOLMIÆ antiquæ ſitu, nomine & legibus, (*) huic Principi SvioGothorum vrbi, argumentis vindicavi, adſerui, quæ ex ipſo petita jure, nemo adhuc vel tantillum convulſit, nec poſthac, vt ſpero, rite convellere poterit.

(*ð*) In vocibus LEÞT, LEÞZNAN & LEÞIS, EÞSÖRE, STAÞSINS, HUZSTRYKE, WRÆZ HENDI, HÆLZST, GOZ, TIL LANZ (al. LANDS) VARÞER MAÞER LYÞT, ÆRFÞ, OC ÆRFT GOZ, STIKAMEZ, WRÆÞER, ANDWARÞAÞI, BLODSAR, DRAGA SUERÞ, DÖÞO, RAÞAGERÞI, ÞRIÞIE, GODE MENN SKUÞE ÞET. Vicem τȣ F plerumque v vel w ſupplent, in HAVA, LIUA, IUIR, OWOR, HAWA, DRIWA, HOWOÞ; tamen & HOFÞI, ARFUIR, TIUFWER aliquando occurrunt. Addo recentiorum mss. AFFLA, WRÞITH, BYUÞA, HWGGER, SIKX, LÆGS, NEMPNA, SÆMBER, TRAMHÖL, MORGHIN, WÆGH.

Ex Legibus reliquis, quæ ejusdem fere ætatis ſtilum referunt, exſtantiores modo excerpere voces, temporis me cogit brevitas. Vt EÞSÖRE, al. EZÖRE) BRYZ, GARÞS (alibi GÆRZ) VITZORÞ, AÞALGOZ (al. GOZS) GUÞS (al. GUZ, GUZZIUIA) BRENNA RYZL ÆLLER RUÞO, TRYZSKAS, SYZSKIN, RANZSAKA, ÆLZ (al. ÆLZTE) LANZLAGH, HÆRAZHÖFÞING, FRÆNZSIUI, BEZLE, MIEZMANNA, FALZ (al. FALZS) PINKIZS OC LAFRINZ DAGH, BLOZ (al. BLOZSLA) HOWD (al. HOWZMANN) SKRUZ (al. SCKUZS) BORZ. Porro: ÞA A HAN MEÞ EÞE, MAÞR, quod & cum initiali runa ᛘ in rubricis rariſſime legitur, AVÆRKAÞI ÞA JORÞ, GRUÞ, TRAÞA, HÆLÞÆR, HÆFÞA, FORHÆLHGD,

(*) p. 14. ſeqq.

LEþA, DÖþ & DÖþÆRÆ DAGHA, LAþA CORN, FADER OC MOþER, I STAþE, SKILDER BAþE VIþ JORþ OC BOT, þER þE I GARD COMA, VAþA VAþ, FRIþ MEþ, BYRGþA GARþA, NIþRE. Addo etiam cacographiæ paulo recentioris exempla: ÆRWþE, ÆGHER, FRAMLEYþIS, BYUþER, item STOVA, GIWA, IWI, HAWA, HALWA, quales voces adhuc rariſſime cum FV, vel FW ſcribuntur. Deinde STEMPNE, NEMPDER, COMBER, GAMBLI, QUÆRN, þINXFRIþ, DAXS, WIXL, SIX, PEENING, vel PEENNING, GAAS, EET, þEER, EFFTER, AFFLAGHþE, SILFFER.

§. VII.

ET hæc quidem de vetuſtiori & noſtrum inſtitutum maxime concernente, medii ævi ſtilo, protuliſſe ſufficiat, quam ætatem illius rhythmi genus ferre videtur, quo fuſa ſunt CARMINA nonnulla, quorum dubia haud quaquam fide conſtat, vetuſtiſſimum quendam Gothorum Regem, nomine ERICUM, VITALANDIAM ſ. Danicas inſulas, omnium primum aratro ſubigi juſſiſſe (†) Vin autem, Lector, plura? tum vero demum videbis, in poſterioris ævi iſtius, præcipue in REGUM MAGNORUM, LADULASII & ERICSSONII, aliorumque PAPIZANTIUM Legibus, ſcitis & ſcriptiunculis, (ε) þ & T paſſim & diſſidere & conſpirare; vocales & conſonas non minus confundi,

quam

quam duplicari; H præterea, cum aliis litteris & vocibus, in abuſum verti enormem; ne quidem ipſa, hinc excepta INSTITUTIONE REGIA, accurato & vtiliſſimo alioquin ſcripto. (z) Adeo vt, ſi ex hiſce & proxime recenſitis exſtantiores excerpſerimus voces, tot obveniant CACOGRAPHICA portenta, ex quibus omnino definiendum ſit, quod, cum plerique eorum AUCTORES, DESCRIPTORES & COMPILATORES, non ſolum PEREGRINI, & horum nepotes, ſed & ipſi indigenæ, iſtorum ſtrenui IMITATORES fuerint, omnes atque ſinguli, vt male LATINIZANTES, ANGLICANIZANTES ac GERMANIZANTES (*) ita & peſſime Svedizantes; adhæc cum notum ſit, DANOS ac GERMANOS Reges ſive Principes, SvioGothis diu imperasſe, variaque volentibus, nolentibus mandaſſe ſcita; adde, MINISTROS eorum quamplurimos, muneribus, heic terrarum, functos fuiſſe publicis, vnde evenerit, quod, cum noſtris JCtis ac ſcribis, manus ſæpenumero ſocias, Legibus adhibuerint aliisque juſſis ſcriptitandis, quæ deinde CONTAGIONE STILI, nullis regulis ſepti, pro VARIO PROVINCIALIUM AC PRIVATORUM homi-

hominum CAPTU, DIALECTO & IDIOTISMO EXSCRIPTA, ad nos METAMORPHOSI plusquam Ovidiana, devoluta fuere. Cum, inquam, adeo numeroſa, non minus domeſticorum, quam peregrinorum, varie admodum & male ſcriptitantium, caterva, ſtilo SvioGothico abuſa fuerit, nil fere, poſt vacillans adeo, & ipſa abſurditatis ſuæ mole, diffluens orthographicum fundamentum, amplius certi nobis ſupereſſe videtur, ad quod vocum & phraſium, cetera, maximam partem, ſatis ANTIQUARUM & VULGO tamen longe SIMPLICIUS & INTEGRIUS prolatarum, ſed in codicibus mss. per tot linguarum ac pennarum acumina miſere circumlatarum ac lancinatarum, præſertim totiens jam diſputatorum pronominum, genuinam PRONUNTIATIONEM ac SCRIPTURAM, reducamus ac dijucidemus, quam vt candide ſtatuamus; PRIMO nimis IMPERITE, CONFUSE ac ABSURDE, omnes fere ejus ævi homines, ſi dicier fas ſit, litteratos ſcripſiſſe; DEINDE, ſiquidem moris fuit RUNOPHILIS maxime recentium Chriſtianorum, qui paſſim mixtis ſcripſere characteribus, ſæpedictam runam þ (quæ, ſæ-

pe

pe formam τȢ Þ induens, vt lapicidis oſcitantibus, ita & iſtis, ſæpe loco T, ſequente paſſim H, exarata fuit, atque, abolita runographia, ob maximam cum D ſimilitudinem, ſola perdurare meruit) plerumq; initio vocum, ſæpe promiſcue poſitarum, adhibere. (*) Hinc poſteriores cacographos, IMITATIONE duntaxat FORTUITA ac INTERPRETATIONE CRUDA ductos, præcipue STILO FRANCO SAXONICO, mire SIBILANTE, ineſcatos; aſt nullo veri iſtius runæ þ ſoni ac vſus inſtituto examine, quod luculenter ex continuo ejus abvſu patet, pronomina illa þEIR, þAT ſeu þAþ & þU, præter ſimilium quamplurima, ex genio ſeculi luxuriante & peregrinis litteris ac dialectis gaudente, per THE, THET, & TU vertiſſe ac extuliſſe. Haud aliter ac noſtratium adhuc multi, in hiſce aliisque faciunt, ſola contenti imitatione & conſuetudine; nil prorſus curantes, vtrum ſcriptura adeo accepta, litteris, puta, abundantibus conſtans, in ſtilo Svio Gothorum orthographico tenendo, oneri ſit an levamento, honori an opprobrio.

(†) Pars horum carminum prior, Gothico modo idiomate a VERELIO (*a*) edita eſt; eadem vero integra,

K &

(*a*) in notis ad Herv. hiſt. pag. 113.

& Latina, inq; ſapphicos numeros redacta, olim prodire fecit JOH. MAGNUS (*b*) & poſt illum LAUR. PAULINUS. (*c*) Sed erroneum non minus, quam iniquum ERICI OLAVI (*d*) atque TH. TORFÆI (*e*) de iis judicium, ego alibi (*f*) diſſenſi. Enimvero VETUSTA ſatis DIALECTO, cui Islandica proxime accedat, concinnata eſſe, quivis Gothicæ peritus fatebitur, nec ipſo diffitente TORFÆO, (*g*) aſt cantus eorundem, nonniſi ſeculi XIV, ætatem ferre poteſt; quamquam ὁμοιοτέλευτον PERANTIQUIS SKALLDIS paſſim arriſiſſe, ex Hiſtoria FRIDTIOFI ANIMOSI & ALFI ejusque HEROUM (*h*) luculenter pateſcat, vt STURLESSONII Skalldos (*i*) prætercam. Sciendum alioquin, præter jam indicatorum, etiam Eddæ Sæmundianæ carmina, quo vetuſtiora, eo ſimpliciora eſſe, in quibus SINGULA VERSUUM PARIA, ab IISDEM, DUABUS, vel ad ſummum TRIBUS, LITTERIS INCHOATA viſuntur (*k*) quales & verſus non modo apud antiquos LATINOS obtinuiſſe, ſed & apud FENNOS, quibus, ad imitationem Svedorum, carmina ejusmodi RUNOI, quaſi RUNICA, adhuc nuncupantur, VOSSIUS (*l*) & WEXIONIUS (*m*) adſerunt.

(*b*) in hiſt. Sv. Goth. p. m. 33. ſeq. (*c*) in hiſt. Arct. l. 2. p. 11. ſeq. (*d*) in hiſt. Sv. Goth. p. m. 10. (*e*) in Serie Regg. D. p. 451. (*f*) in Gotunheim. p. 13. ſeq. in Introd. p. 7. coll. p. 83. præcipue in Hiſtoria Critica Scriptor. Septentr. vbi de *Erico Olai* agitur. (*g*) l. c. (*h*) Quæ prŏſtant in Volumine noſtro Hiſtorico, coll. prioris, p. 17. poſterioris p. 20. (*i*) confer diſſert. Vpſal. de Poëſi Svecana antiqua & hodierna pp. 33. 37. (*k*) vid. *Peringskiöldii* annotatt. in Vit. Theod. p. 530. & prædictam Vpſal. diſſert. p. 33. vbi tamen p. 14. cum Wormio in Faſt. Dan. p. 14. ſeq. inſignem commiſit *ſolœciſmum litterarium*, dum vocabulum: *Skaldmø*, quaſi *virginem cantatricem* ſ. *Poëtriam* vertit, quod tamen in lingva Gothica prorſus peregrinum eſt, in qua vtpote ſolummodo *Skiöldmør*, h. e. *clypeata virgo*, *Amazo* occurrit, confr. Verelii Lexic. Scytho Scand. & Herv. hiſt. pp. 65. 88. (*l*) in Inſtitutt. Rhet. L. 4. p. m. 41. ſeq. (*m*) in Deſcript. Svec. Goth. & Fenning. L. 3. c. 14. De *Poëſi Germanorum* confer auctores, quos Heumannus in Conſp. Reip. litt. p. 218. coll. p. 221. laudat.

ſerunt. Tandem, quod ad pauca illa, quæ ex VERELIO citavi, Gothici idiomatis carmina, adtinet, nil, quod noſtrum apprime feriat inſtitutum, obſervare lubet, aliud, quam quod runa þ, more iſtius ævi, in þAR, þEM, þEIM, þOCH ſervetur.

(ε) Exſtant illa recentioris ætatis ſcripta, in COLLECTIONE non tantum HADORFIANA ad Jus Bircale & Chronicon rhythmicum, ſed etiam in PERINGSKIÖLDIANA ad Monimenta Vpland. & Soliloquium præcipue Mariæ. Vbi de þ & D obſervamus, quod contrario ſitu ſonoque illi, quem ſupra (η) ex antiquioribus ſcriptis produximus, iſtæ proſtent litteræ, & quidem in vocibus: BADþER, OSIDþER, RAADþA, GIORDþE, MADþER ADþRI, NORDþÆRE, HIRDþRÆNGIR, licet in aliis altervtra modo ſervetur, ſuffixo etiam paſſim H, vt in NAþ, NAD; HALþA, HALDA; WFRÆGHþ, VFRÆGD; WREþE, WREDE. Quales ſunt BUþORþ; FRIþBOþI; GOZ, GODZ; HERAþ; LOT, LOTT, in plurali LÖþE; STAþVA, STAþGA. Sed en & alia, vel bene pranſis ſtomachum motura! DUPLICATIONEM puta VOCALIUM, in WTHUUSUM, LAANZ, AATH, THIIGGUR, SIIGHIN; item CONSONARUM in LIIFFUITH, SIIÆLFF, FFÖR, THIUFFUER, AFF, BEGOIFFUET, DRÖFFUILSE. Ita quidem ſimul abuſum videas τȣ H, quemadmodum & in ſequentibus: GUDHI, LAGHSAGHU, LÖGHORDHAGH, quales etiam W duplex ſecum proſtituunt: WTHGOTHI, WTHAN, SIW, HAWM, JOMFRW, GIFW, JWDHA, WPWÆGHXE, SCIWTHÆ. Quibus haud cedunt: SPACHUM, NÆMPDHEN, ROAPE, ANDLITHLIE, BÆZTE, HIMERIKIS RIKE.

(ζ) Hujus auctor, Vir, ſane, cordatiſſimus, a pleriſque quidem adductorum cacographorum ſordibus ſatis o-

(η) litt. I, & ſign. ſeq. *, nec non litt. Q. α, β, γ, δ.

vat purgatus; ſed cum primus, quod ſcire contigit, Augiæ illud ſtabulum excutere conatus fuerit, vix eſt, vt quemquam offendat mirabundum, quod & ipſe, lutulento adeo labori inſudans, non omnino Herculeum ſibi ſtatuere valuerit monimentum; ſed tamen a nobis, ſi modo altius ſapere velimus, facili opera perpoliendum. Producemus itaque nonnulla exſtantiora. Primo enim, non ſolum runæ Þ omnimodum vſum, ſed & litteræ H. majorem abuſum ſuſtulit. Deinde, vt E ex certarum vocum terminationibus ſeu ſuffixis, ita & τὸ F ex HAFA ſimilibus, τῷ U vel W ſubſtituto, ejecit, quantumvis illud in adfinibus: LIFNAD, AFL, AFUND retinuerit. Porro tam THET, quam TU & TA ſervat, quæ iisdem Latinorum TU & TUNC reſpondent, quorum & litteras C, Q, X, Y, Z, in vocibus vtitur plurimis; vt QUÆDE pro KUÆDE; QUINNA pro KUINNA, ne CREATURUM dicam. Nihilominus in voce KUNUNG, Rex, K pro C adoptat, quod eam a KYN, rectius KÖN, genus, proſapia, vnde KONA conjunx, cenſeat derivandam; quo tamen ipſo, eandem potius KONUNG ſcribendam, vere contendit SCHEFFERUS. (o) Sed de iſta voce pulcre WACHTERUS. (p.) Quid ergo miremur; quod ſibi vsque quaque non conſtans ſit? cum porro, more priorum, ſcribere amet, SAGKT pro SAGT; VTLÆNZK pro VTLÆNDSK; SIXS pro SIGS, SÆGES; LÆX pro LÆGS, LÆGGES; HUXA pro HUGSA; ÆNXINXS pro ÆNGSINS, INGENS; MINZKES pro MINDSKES; GOZ pro GODS, GUZ MANZINS pro GUDS MANSINS. Ideo & TY pro DY habet, ceu & TYLIKT, quæ tamen ab antiquis ÞUI ſ. ÐUI & DYLIKT ſcripta fuere. Accedunt præterea: SYMPN, GRYMBR, DOMBR, TOLFF, AFF, TEE, SEEN, WII. Denique tædioſa omnino ſingularium æque ac pluralium terminatio in OM; UM. Horum tamen omnium cauſ-

(o) confr Kunungaſtyrelſen p. 22. coll. Schefferi notis. (p) in Gloſſ. Germ. p. 204. ſeq.

cauſſa, nil decedat oportet laudis, tam hujus, quam aliorum priorum plurimis VOCIBUS ac PHRASIBUS; quæ utpote, cum vulgo communes, a germana antiquitate & auctoritate omnino ſunt commendandæ.

(*) Quo referas verba DIECMANNI (q) vere dicentis: nota eſt BARBARA FRANCORUM GRAMMATICA. Illi namque, pro lubitu, LATINAM LINGUAM, tam horrendum DEFORMABANT, vt non tantum ex verbis deponentibus activa, ex nominibus maſculinis feminina, & vice verſa, eaque in caſibus mire inflecterent; ſed & accuſativos pl. primæ declinationis, tanquam ἀκλίτως, etiam in caſu recto vſurparent. Huic adde ipſum OTFRIDUM, qui (r) FRANCO THEOTISCÆ BARBARIEM fatetur eſſe INDISCIPLINABILEM, INCULTAM & INSUETAM capi REGULARI freno artis grammaticæ. Quidni proinde par judicium habendum, de ANGLO SAXONICA? immo SUIO GOTHICA, novellorum Doctorum ac ſcribarum?

(η) Equidem runa þ, certis plerumque præfigi ſolet vocibus, præcipue ſæpedictis pronominibus; ſed non tam ob ſingularem ejus, præ ceteris runis ſonum ac poteſtatem, quam propter ſolam FORTUITAM antiquitatis IMITATIONEM, qualis, certe ipſis novæ & mixtæ litteraturæ auctoribus, non potuit non fuiſſe aliqua, & quidem talis, ad quam LITTERARUM maxima SIMILITUDO, quæ heic τω þ ſeu Ð, cum Latinorum D intercedit, facillime invitaret; vnde mox conſuetudo orta eſt, ſine qua runæ iſtius continuus adeo vſus alia demonſtrari nequit ratione. Hinc etiam, ſuis de cauſſis, in Vlphilano, Longobardico & Anglo-Saxonico alphabeto, litteræ aliquot ex Scando Gothico, Græco & Romano adſcitæ fuerunt, (s) niſi quis contendere vellet, quas-

 dam

(q) in Gloſſ. paſſim, præſertim p. 11. (r) in Paraphraſi Evangell.
(s) de quibus ſupra §. II. litt. C.

dam litteras, procul is temere hinc inde fuiſſe adhibitas. Ita ex Latinis noſtros, medii ævi ſcriptores, duplex W, ut ſimplex V vel U, certo tempore, in initio & fine vocum vſurpaſſe cernimus. (*) Pari propemodum ratione, qua & noſtris atque exteris, V antiquius in initio maxime vocum, recentius autem U in medio & fine arriſit. Verum hæc ab aliis multis, præſertim a CELLARIO, occupata explicataque ſunt.

§ VIII.

TAndem probe conſiderandum, quod, præter proprios ſonos, perquam etiam SINGULARES ac DIVERSAS FORMAS ſeu FIGURAS, majores noſtri, vt aliæ antiquæ & celebres gentes, τοῖς D & T adſignaverint. In cujus rei gratiam, alios nolim excitare characteres, quam quibus EBRÆI, HYPERBOREI noſtri ScandoGothi, PHOENICES vel GRÆCI & ROMANI gaviſi ſunt.

Præterita vero jam litterarum Ebræarum forma QUADRATA, tanquam recentioris omnino inſtituti, ANTIQUIOREM illam & RUDIOREM maxime ſumimus proponendam; (ζ) obſervato ſimul producendarum gnaviter præconcipiendo SITU non modo ſæpiuſculè INVERSO, ſed & ESSENTIALI earundem FULCRO

(η) Or-

(*) ſupra litt. ε. coll. Memoria Stadeniana pag. 333. ſeq. & collectione ſupradicta Hadorf. & Peringsk.

(ι) Ordiamur vero tantiſper a litteris D & T, vt propoſiti noſtri pertexamus telam, ordinem deinde ac ſeriem Romanarum litterarum, in Schemate noſtro Harmonico, ſervaturi. Prodeat itaque primo Ebræorum

DALETH, ד ; Goth. Ð Þ; Symbolo ſ. nomenclatura (ϑ) DUSS vel DOR, corrupte THUS & THOR (ι). Scilicet eædem, profecto, ſunt adpoſitæ jam figuræ, ſi modo Ebraicis præ vel poſtponatur, omnium fere hujusmodi characterum BASIS ſ. FULCRUM l, Gothice IS vocatum. Vnde forte ISIS filia MERCURII, Goth. MERKARENS, ſignatoris, notarii; quemadmodum & MERKEDONII DIES, Goth. MERKE DAGAR, in Kalendario nimirum tam noſtro, quam Romano. Certe, & ipſa ISIS litterarum vocata fuit INVENTRIX, (κ) & ſi plura dicam, videbis, dum dicto fulcro l. LINEOLÆ ſeu APICES, Goth. KNÆ & HÖRN, Græc. γονατα (a γονυ) & κεραιαι, Lat. GENUA & CORNUA (λ) hinc inde, rectis plerumque ductibus, aptantur, quod litterarum mox facies & ſonus, ortus & anima, adpareant neceſſe ſit. Græco Rom. ᑯ Δ Δ, Δ, D.

Huic adfinis quidem fuerit Ebr. THET ט, Gr. ⊕ Θ, cui nonnemo reſpondere putat Goth. Φ, ſed temere, cum character ſolum fuerit HIEROGLYPHICUS vel rectius ASTRONOMICUS, (μ) qui ideo SYMBOLUM retinet, ex figura CIRCULARI vel VENTRICOSA ductum. Nimirum ÞOR BELGBUNDEN, DORUS, vel, ſi mavis, THORUS VENTRI-

VIN-

VINCTUS; alias BELG ſive BERG þOR, nec non OÞIN EINAUGDUR, Odinus vnoculus, addito OÞIN BETAR HESTUM I BELGBUNDIN, Odinus, ſeu Sol, equos paſcit in BELGBUNDO, h. e. in ſolſtitio brumali. (y)

TAU, ᛏ ᚠᛚ, addito ᛉ; ZAIIN; Goth. ᛏᛏ; Symb. TYR EINHENTUR, Tyrus vnimanus (ξ) item TIUR taurus & TIDER præmaturus. Græco Rom. ᛏ T.

Similitudinem reliquorum characterum, ex Examine noſtro Runico, & quidem ad NUMERUM, quod mireris, Runarum ELEMENTARIUM, Goth. ARLA & MAL RUNOR, exactarum, breviſſimis adponere juvabit; vt inde certo cognoſcatur, quibuscunque litteris hodie exſtantibus, runas noſtras dubiam reddere poſſe prærogativam. (o)

ALEPH ᚼᚼᛋ, VOCALIS quidem hæc, vt aliæ, etiam apud plures gentes CONSONIS ÆQUALES (π) Goth. ᛅ A, ᛆ Æ, vel ᛁ E, Symb. AR annus, annona frugifera, quæ & vox orſum notat ſeculorum, Gr. αρχη, Lat. ÆRA. Græco Rom. ᚼᛅᚼᛅᛅ A; addito ᛅEE.

BETH בב, vel omiſſis apicibus incurvis ב; Goth. ᛒ ᛒ; Symb. BIARK, betula frondoſa; item BALLDUR Apollo, & BIRGER vel BIRKAL ſ. BIRGAL, ſervator, ruris dominus. Græco Rom. ᛒᛒB B.

PHE פ פ ף; Goth. ᚠ ᚠ; Symb. FE, FIE pecudes, opes; nec non FRO, FREI (Saturnus ſeu Cronus, Goth. SADUR ſ. GRO de quo Edda.) additis FRIDE KO, pulcra vel aurea pax. Gr. φφ, altero apice, quod ex prioribus videmus, ob celeriorem ſcribendi modum,

dum, ad tergum, inſtar circuli, ducto. Hinc|, ſi Ebræorum & Gothorum characteres invertantur, longiori ſuperaddito fulcro, prodibit etiam TT TT, quod alioqui ſic ΓΓ habet.

Gimel ϥ inverſum, amputato ſuperiori fulcro, integrum autem λ, vel etiam fulcro plane omiſſo ꝑ. Quo redit כ caph & ק cuph, quibus proximo ſono accedit ח chet. Goth. ᚴ ᚴ, Symb. kaun, kôn ſexus femineus, vlcus; item kât catus, libidinoſus. Græc. ϝ ϒ ϒ ϒ vnde & non modo Græcorum, ſed & Romanorum C Q K.

He ה ablato medio fulcro, vel dimidio in ᚼ Goth. ✱, ✱, ✱. nec non h. Symb. hagel, grando; hagur ornatus, & herian prædator. Congruit Gr. ⱶ ex ├ ┤, vel iiſdem junctis H, quod inverſum ſi paulo combinaveris ✱, eique, vt τῷ X fulcrum ✱ immiſeris, mox prodibit runa noſtra ✱ ✱; aſt Romanis H initio defuiſſe, ſunt qui haud temere exiſtiment.

Iod I I י quale etiam eſt Goth. ı, de quo, ceu fundamento harum litterarum, ſupra ad litteram daleth. Symb. IS, glacies, additis is bro bredast, glacies pontium latiſſima, longiſſima. Idem plane eſt Græco Romanum. Audiamus D. V. E. LôSCHERUM in de cauſſis lingvæ Ebrææ pag. 230. dicentem: Iod antiquiſſimum, aliquanto longius, neque tam protenſo capite fuiſſe videtur ac hodiernum, ſimile propemodum illi, quod poſteriori loco adparet; atque hinc prodit ı Græcum, Latinum,

Copticum, Gothicum & Runicum (quæ tamen vtraque eadem ſunt) cum quibus, quod mireris, RABANIANUM Ebr. (quod primo protuli loco) ad amuſſim convenit.

LAMED ᒪᒪᒪᒪ, Goth ᛚ, Symb. LAG lex; LAUGUR, liquor, aqua; item LIF, vita, præſertim brevis. Græco Rom /ᒪᛚΛ L.

MEM ᛘᛘᛘ, quorum primo ᛘ fulcrum amputatum eſt, ſequentibus autem, ob ſcribendi facilitatem, continuo ducto poſtpoſitum. Goth. ᛘ, ᛉ, Symb. MADUR, mas, Mars; item MAN Luna, menſis, Gr. μήνη. Græco Rom. ᛘᛉM.

NUN ᚾᚾᚾ, amputato ſuperiori fulcri parte; Goth. ᚿ, ᚾ, Symb. NAUD, NÓD neceſſitas, & NIKUDUR ſ. NIPTUR in Edda, Neptunus. Græco Rom. ᚿᚿN. In alphabeto Ebraico, nulla littera rite reſpondet Lat.

O, Goth. ᚮ, ᚯ, ſed ᚯ plane eſt ô, ſeu ω. Symb. ODIN, Odinus; item OS os amnis, fœtor. Ad Ebr. ᚯ ALEPH tamen proxime accedit; nec abludit duplex ᛚᛚ VAU, lineis tamen transverſim ductis, immiſſoque fulcro ᚮ ᚯ & ᚯ, ſicut etiam eo demto, ex duobus illis ᛚᛚ invicem oppoſitis ∩ exit Græc. Ω. Quamvis non minus commode a runa ᚮ, Græcorum □ □ ∇ O deduci poſſint, ſi, facilitatis cauſſa, clauſis apicibus, omiſſoque fulcro, hunc in modum ᚮ ᚮ ᚮ ᚯ concipiantur, prorſus veluti Vlphilanum ᛟ, de quo ſupra pag. 13.

Resch ר remoto fulcro ⌐, alteroque apice ᚴ, quod & inverſum videas ᑫ. Goth. ᚱ ᚴ immo ᚱ R. Symb. RADMAR Rhadamanthus, conſiliarius, c. g. in lapidibus RAÞ RUNAR, explica runas; item REID, RIDDER, equitatio, eques. Græco Rom. P ᚹ R.

Samech,* ס vel ש SIN, vel צ ZADE. Goth. ᛋ ᛋ ᚼ. Symb. SUN f. SOL HIMLA HEST, Sol cœli equus. Græco Rom. ᛋ ʃ S. addito Z.

Vau ו, ו ſublato fulcro. Goth. ᚢ ᚢ ᚢ. Symb. UR procella nivoſa; Gr. ουρος ventus, item URAN, Gr. ουρανος. Græco Rom V, U.

Aiin ע, Goth. ᛦ ᛦ quod etiam AU ö & Y nativa fere ſignificans forma, in elementaribus connumerari meruit Runis. Symb. AUR, ÖR, YR, additis YR BENDUM BOGE h. e. ſagitta intenſo arcu excuſſa, item AUR, l EIR, æratus l ſeu largus, additis MADUR ÞING SÖKIR, vir forum quærit, confer WORMII Litterat. Dan. p. 73. ſeq. & VERELII Runogr. p. 32. 42. 61. 65. coll. heic pp. Fallor autem, ni eadem CRASSE adeo & PATULO ORE prolata, litteræ Ebr. ע, ſed inverſæ, cui alter apex ᛦ demtus eſt, reſpondeat. Præſertim cum & hanc pro SPIRITU DENSISSIMO Grammatici habeant, tanquam GARGARISMO EX IMO GUTTURE torquendam, plane inſtar MUGITUS VITULORUM; de quo amplius videri poterit laudatus LÖSCHERUS, L. c. p. 345. ſeq.

(ζ) Quis enim rite præſtabit nobis QUADRATARUM litterarum, vtpote majori arte & opera exarandarum, antiquitatem præ RUDIORIBUS ſ. SIMPLICIORIBUS, quas, haud abnuente, harum curioſo editore D. LÖSCHERO (*a*) (qui in laterculis Tabulæ ſuæ Harmonicæ VI. II. & III. antiquiſſimos contendit exhiberi characteres) defœcati judicii philologi, (*b*) iſtis eapropter prætulere. Antiquiores autem Phœnico Græcarum & Romanarum litterarum characteres, quos adpoſuimus, non modo apud laudatum videas Virum, verum & præcipue apud SCALIGERUM (*c*) MONTEFALCONIUM (*d*) TOURNEFORTIUM (*e*) &cc.

(η) Characterem SIMPLICISSIMUM ǀ, BASIN eſſe litterarum fere omnium, prælaudatus LÖSCHERUS (*f*) ex hypotheſi POSTELLIANA & NEUMANNIANA, haud diffiteri potuit; de Runis audiamus VERELIUM (*g*) ſic vere perorantem: "RUNÆ omnium litterarum ſunt "SIMPLICISSIMÆ, quarum corpus UNICO conſtat DUCTU "RECTO, a ſummo ad imum, & vocatur STAF (IS etiam "ſymbolice, vt JOTA Græcis (*h*) quia hujus imaginem, "vel litteræ majuſculæ ǀ, refert; qui deinde BACULUS "ſive ductus, ab hoc vel illo latere, alia LINEOLA (KNÆ "vel HÖRN) ſurſum, deorſum, transverſim aliove mo"do ſecatur, vt res poſtulat, ad aliam aliamque Ru"nam figurandam. Vt plurimum vero DRACONUM & "SERPENTUM picturam huic vſui deputarunt, quorum "latera runis æqualiter ductis implerentur. Vsque adeo

(*a*) L. c. pp. 221. 224. (*b*) cfr Heumanni Conſp. Reip. litter. p. 33. & noſtræ opellæ ſeq. litt. de fulcro omnium fere litterarum *Jod.* (*c*) Animadvv. in Euſeb. Chron. (*d*) Palæograph. Græc. L. II. c. IV. L. IV. c. VII. (*e*) Itinerar. Orient. T. I. quod in Actis Eruditt. A. 1719. pag. 195. ſeqq. recenſetur; coll. Rubei Specim. philol. Numiſmat. c. 1. (*f*) L. c. pag. 231. ſeq. coll. pag. 226. ad litt. *Aleph.* Item Egenolfi Hiſtor. Lingv. Germ. P. 2. p. 339. ſeqq. (*g*) Runogr. p. 19. (*h*) ibid. pp. 9. 20.

adeo verum fuerit WORMII effatum (*i*) dicentis: hoc autem hic, quod & in reliquis ſtudioſe obſervandum, quod MAJORES NOSTRI, cumprimis SIMPLICITATI ſtudentes, ex LINEIS RECTIS potius ſuos litterarum characteres confecerint, quam ex TREMULIS aut inæqualitate ductuum ſibi DISSIMILIBUS. Quales ſcilicet Ebræorum & Græcorum pleraſque eſſe litteras ſubinnuit. Sed nec improbabilis litteratiſſimi HARDTII ſententia (*k*) quando inquit: figurarum, vnde prognatæ ſint, (Græcæ litteræ) non diſſimulanda origo. Quod ſcire peritiores delectare ac judicium memoriamque juvare poteſt, dum elucet, quomodo ſcientiæ & artes in orbe propagatæ, ac ex vna gente in aliam derivatæ. Quodque ORIENTI eruditus OCCIDENS ſe totum debeat. Ortæ autem LITTERÆ GRÆCÆ fere omnes atque ſingulæ ex Chaldaicis vel EBRAICIS, immo ſunt EÆDEM plane litteræ, (NB) SITU ſaltem MUTATO, nempe INVERSÆ. Cujus inverſionis aut mutati ſitus ratio eſt, (NB) DIVERSA SCRIBENDI CONSUETUDO apud orientales & occidentales, DEXTRORSUM & SINISTRORSUM, ductis figuris."

(9) De runarum SYMBOLIS fere coævis, conſulantur LAUR. PETRI ArchiEpiſc. Vpſal. (*l*) JOH. TH. BURÆUS Antiquarius Regni (*m*) WORMIUS (*n*) VERELIUS (*o*) & RUDBECKIUS. (*p*)

(ι) Gr. Ζευς, Διος, Lat. JOVIS, JUPITER, Goth. JOFUR; Gr. Θυρος, Θυραιος, Θυῤῥας, TARANIS Celtarum numen. Adeo ab Eddicis þUSSO & þORO, qui forte a DONDR dictus (*) TUSCI,

(*i*) in Litterat. Dan. p. 110. (*k*) in Nova & brevi methodo Lingvæ Græcæ p. 13. (*l*) in Scriptura Runica, ms. vernaculo idiomate. (*m*) in Adulruna Rediviva, itidem ms. vern. id. (*n*) in Litter. Dan. pp. 84. 95. ſeqq. (*o*) in Runogr. p. 25. ſeqq. (*p*) in Atl. T. 3. pag. 74. & 79.

(*) Notat quidem þor, þur potentiam, audaciam, vt þorr prævalidum; radix tamen videtur eſſe, þondr, þundr, þuner, fulmen, fragor, toniutr;

TUSCI, TEUTONES, nec non THYSSA vel THYRSAGETÆ, h. e. gigantes Getici, orti & cognominati fuere. (*q*)

(*κ*) Commoda etiam interpretatione ISIS iſta, veteribus IO, Goth. GO, GOI, filia INACHI, Goth. JONAKURS, audit; adeoque ſoror PHORONEI, Goth. FORNIOTERS, qui ANTIQUISSIMUS & noſtræ & Græcæ GENTIS REX, huic LEGES tuliſſe fertur, fallor an non ſcriptas. Quare & ipſa ISIS pariter ac MENO quidam, LITTERAS apud Ægyptios excogitaſſe fertur. (*r*)

(λ) Ex dicto fulcro , *ιωτα*, addita *κεραια*, HÒRN ſ. KNÅ, robur forte haud ſpernendum accipere poterit locutio S. SERVATORIS apud Matth. V, 18. ſi ſocium interpretem patiamur RUDBECKIUM (*s*) Obſervavit ceteroquin VERELIUS (*t*) quod VLPHILA, dicto commate, *κεραια* verterit STRICK, vocabulo ScythoCeltis communi (*v*) JOTA autem, quo idem, more Græcorum, pro noſtro IS, vtitur in parallelo Luc. VI, 17. reddiderit VVRUTA, quod æque Gothicum eſt. (*u*)

(*μ*) Nam in Kalendario duntaxat Scando Gothico, non item in lapideis & mss monimentis aliis reperitur (*w*) Con-

quia Numen *Þor*, *Þur* ipſiſſimus eſt *Jupiter*, *tonans*, *tremendus*, hinc & *Þorn* telum, acicula, gladius.

(*q*) cfr. Edda & Herodot. in Introd. noſtra pp. 61. ſeq. 167. ſeq. 205-213. (*r*) vid. præf. ad Volum. noſtr. hiſt. p. 19. ſeq. Origg. Norrig. p. 1. ſeq. Introd. pp. 4. 11. 171-5-9. Rudb. locis in dicta præfat. citatis. Petiti obſervv. L. 2. p. 154. ſeq. qui & in Miſcell. L. 9. pag. 237. cum Rudbeckio in Atl. T. I. pp. 112. 334. T. 2. pag. 180. ſeq. de *diebus Merkedoniis* conſuli poterit. (*s*) T. 3. p. 66. ſeq. (*t*) Runogr. pag. 74. (*v*) *Stryka* virgula vel virgis cædere notat, *ſtriuka*, *ſtraka*, *ſtroka* velociter cædere, verrere, tranſilire. (*u*) *rita* exarare, ſcribere; *rut*, *ryt*, *ryting* pugio; cui æquipollet *rut* pelta, ſcriba; *ryia*, *rydia*, *rudia* eruere, effodere, vnde *runa* cavitas, alveus, cfr Introd. p. 49. (*w*) Stiernhielmii Anti Cluv. de Hyperboreis p. 157. Verel. Runogr. p. 33. Rudb. Atl. T. 2. pp. 28. 84. 241-3. T. 3. p. 78. coll. præfat. item pag. 753. add. Introd. noſtr. pag. 125.

Conſtat præterea, characterem illum, æque ac ſubinde Δ, SIGNUM fuiſſe CIRCULI RERUM, MORTIS, ÆTERNITATIS, apud Ægyptios ac Græcos, dictum maxime in finem excogitatum; cum alioqui eis, vt noſtris, ſolennes ſatis fuerint litteræ D & T, ad quas ſi aſpirationem plane addidiſſent, inde tamen nullum adeo peculiarem & audibilem, nedum neceſſarium ſonum retuliſſe cenſendi ſunt. (x)

(ν) Intellige SOLIS, per hyemale tempus, diuturnam ABSENTIAM; nam MEDIAM HYEMEM faſti noſtri iſto charactere denotarunt, dum anno veteri finito, novus incipit. Alias CYCLUM XIX annorum METONICUM eodem RUDBECKIUS deſignatum putat (y) Obſervanda denique ANTIQUITAS hujus BELG ſ. BERG ÞORICI ſigni, ab ipſo BERG ÞORO, Odini prioris, BURI filii, avo materno, in Edda (z) qui memoratur. De ODINO MONOCULO itidem conſuli poterit Edda. (†)

(ξ) De TYRO videatur Eddæ mytholl. 23. 29. Qui numen erat Hyperboreorum, MARS, idemque qui Thracum THURAS, & forte Chron. Alex. THURRAS. (*)

(o) Non me fugit, ſupradictos L. PETRI, cujus obitus A. 1573. contigit, & J. T. BURÆUM, qui dein A. 1594. præcipue 1598 (a) runicis inclareſcere cœpit ſcriptis, aliquam RUNARUM animadvertiſſe SIMILITUDINEM cum EBRAICIS LITTERIS; neque ideo miror WORMIUM (b) anno tandem 1636. vel potius 1651. dum, quemadmodum BAZIUS noſtras A. 1642 (c) LINGUÆ AC LITTERA-

(x) cfr heic §. V. litt. X. (y) T. 2. l. c. (z) Mythol. 5.
(†) Mythol. 14. coll. Voluſpæ §. 28. (*) cfr Introd. p. 167. ſeq.
(a) Vt Schroderus jam Ao. 1637. in præfatione ad Lexicon Latino Scond. adnotavit, coll. Epiſt. noſtra Reſp. p. 7. vbi *antiquarios* noſtræ gentis, *Runica eruditione celebres* enumeravi. (b) Litt. Dan. pp. 86. 107, quas, ita me fides amet! jam tandem hæc ſcribenti, evolvere ac legere contigit. (c) in Hiſt. Eccleſ. p. 24. dicto edita anno.

TERATURÆ Scando Gothicæ, VLTIMAM prædicat ANTIQUITATEM, non plures, quam IX runas Ebraicis ſimiles deprehendiſſe. Quin plane miror alios litteraturæ vtriusque, quod opinor, peritiores, iſtam convenientiam ABSURDITATIS poſtulaſſe, maxime ſi eo extendatur, vt runarum ORTUS ex EBRAICIS inde arguatur. Minime autem miror RUDBECKIUM, quod (d) runas e CADUCEO & MERCURII (e) putaverit educendas, quandoquidem id, eodem demonſtrante, omnium litterarum facillime factu deprehendatur. (f) Aliorum, certe, jam intererit, in verum caducei iſtius ORTUM & ANTIQUITATEM penitius inquirere; adeo hoc opus, hic labor. (g) Interea gnaviter animadvertendum, quod CIPPI Svio Gothorum RUNICI, tantum non omnes, ejusmodi caduceo, h. e. DUOBUS DRACONIBUS invicem implicatis inſigniti conſpiciantur, qualibus, præter Hyperboreos, vix alii ſive Ægyptii ſive Græci gaviſi fuerint, quamvis horum poſtremi HEROAS ſuos ſæpe numero in DRACONES & LAPIDES clamaverint fuiſſe transmutatos, argumento vtique certo, locutionem iſtam a noſtrorum Hyperboreorum RITU SEPULCRALI ortum duxiſſe. Quam in rem RUDBECKIUS (h) tot tantaque congeſſit fidei argumenta invictæ, vt certiſſimum æquiorum judicum aſſenſum non poſſit non mereri. Præter hæc vero omne tollatur neceſſe eſt dubium, ſi cum dicto antiquario (i) juſta libraverimus lance SANCHUNIATONIS, præter aliorum ſuffragantium, verba, dicentis, SATURNO in ÆGYPTUM & alias AUSTRALES terras profecto, comitem inter alios fuiſſe ISIRUM quendam, TRIUM LITTERARUM IN-

VEN-

(d) T. 1. p. 856. (e) de quo *Mercurio* ſupra nonnihil ad litt. Daleth. (f) cfr Introd. p. 67. (g) Præivit tamen eis aliquatenus Rudb. T. 1. cc. 32. 38. præſertim T. 3. c. 1. cui jungatur Filius in Atl. illuſtrata, ſub finem. (h) T. 3. pp. 12. 25. 32. ſeqq. coll. Introd. p. 111. (i) l. c. pag. 863.

VENTOREM; hujus autem fratrem appellatum CHNÆ, poſtea PHOENICEM. Litterarum enim FULCRUM, quod ſupra inculcavimus, noſtris IS, exteris ISTRUS, ISIS, vocatum fuit, cujus GENUA, KNÅ, cum illo, ad omnes litteras conſtituendas, concurrunt; TRES autem, quæ ab illo traduntur inventæ, LITTERÆ, omnium ſunt PRIMÆ, & quidem ex prima genuum, KNÅ, h. e. linearum transverſarum ad fulcrum, ISTRUM, applicatione ENATÆ, reliquarumque litterarum ORIGINES, ac præterea SIGNA, ſeu notæ, TRIUM maxime illuſtrium FAMILIARUM: FREII, JOVIS & MARTIS, ſive Goth. FREIS ÆTT, HAGELS ÆTT & TYRS ÆTT, quorum hæ ſunt litteræ initiales: ᚠ, ᚼ, ᛏ, ſeu F, H, T, (*k*) quæ inter ſe CONJUNCTÆ, Mercurii CADUCEUM plane repræſentant. Sed in hans rem ὁ δεῖνα plura ſubminiſtrabit. Ægre itaque crediderim, tanti aliis conſtitiſſe, Helladis operari ſacris, vt, quamvis cum WORMIO (*l*) RUDBECKIO (*ll*) & PERINGSKIÖLDIO (*m*) haud paucam litterarum Græcarum cum runis convenientiam viderint (*n*) tamen, et SAPIENTIAM fere omnem, qua HYPERBOREI noſtri, veri illi OGYGII & ATLANTII, exteris & quidem Græcis, inde ab antiquiſſimis temporibus innoteſcere meruerant, & RUNOGRAPHIAM, his ipſis, vt auctoRIBUS, transſcriberent; quorum tamen antiquiores & candidiores ſcriptores, perbelle & ſuam opem conferentibus Scando Germanicarum antiquitatum vindicibus, in contrariam fere propenderunt ſententiam. (*o*)

(*k*) confr Verelii Runogr. cap. 7. (*l*) Litterat. D. p. 113 ſeqq. (*ll*) Atl. T. 1. pag. 841. ſeqq. coll. Tab. 27. fig. 97. item T. 3. pag. 16 (*m*) Jun. in prologo ad Soliloq. Mär. p. 5. ſeqq. (*n*) vid. Introd. p. 46. (*o*) Wormius l. c. cap. 25. Rudb. T. 1. cc. 9. 14. 23. 27. 32. 34. ſeq. T. 2. de Heliolatria & T. 3. de expeditionibus Deorum, coll. p. 6. 10. ſeq. ubi *runas* a *Phœniciis* vel *Græcis litteris* nequaquam ortas eſſe demonſtravit. Adde Kirchmajerorum, Profeſſ. Witteberg. diſſertationes de lingua antiquiſſ. Scytho Celtica Gothica; de convenientia 12 lingg. ex matrice ScythoCeltica;

Ne jam multis memorem, tam pervetuſtam OPIS & HECAERGES, cum SACRIS Hyperboreorum, migrationem ad GRÆCOS, quam MYTHICAS horum LOCUTIONES, ſive FABULAS, quæ cum parte quadam ASTRONOMIÆ, tam Ægyptiacæ quam Græcæ, ortum debeat Hyperboreis noſtris certiſſimum. (*p*) At enimvero ipſe licet (*q*) adſeruerim, noſtros & Græcos, gentes quippe, ex JAPETO, planiſſime cognatas, ætatis fuiſſe æqualis, adeoque & ipſam eorum ſapientiam atque litteraturam, ejusdem facile arguendam eſſe antiquitatis; probe tamen in examine Runico demonſtro, quod quidquid adverſarii conjecturarum, pro adſerenda nihilo ſecius Græcis runarum origine, commenti ſint, ſi id a noſtra retorqueatur parte, mox nobis perinde faveat ac illis ipſis. Hinc quod vtriusque gentis litteræ, qua NOMINA, ORDINEM & NUMERUM diſcrepent, nec id nobis obeſſe poterit, dummodo conſtet, quantumvis in hiſce Ebræi cum Græcis plerumque conveniant, ea tamen nonniſi ad RECENTIORA pertinere tempora, quibus nimirum CADMUS ſive PALAMEDES atque SIMONIDES, cum PHOENICIBUS (gente, ni RUDBECKIUS (*r*) fallat, ortu Scythica ſeu Thracia) ad Græcos venerant, & prioribus, paucioribus puta ac rudioribus, illorum litteris, quæ numero runis noſtris pares, nonnihil

de origine lingvæ Sclavicæ; de Witteberga; de Novi Fœderis Græco Polyb. ſtilo. Morhofii Introd. in Poëſin Germ. cap. 4. Egenolfi Hiſtor. Lingvæ Germ. P. 1. p. 42. P. 2. pp. 245. 302. ſeq. 331. ſeqq. vt aliorum jam taceam ſcripta, in Introd. mea pp. 25. 33. 45. ſeq. 55. 63. 67. 127. 132. 141. 149. 155. 169. 173. 185. ſeqq. memorata & enucleata. (*p*) vide Introd. meam pp. 10. ſeq. 33. 47. 55. 61. 65. 101. 109. ſeqq. 123. 125. 131. ſeqq. 153. 165. Rudb. T. 2. c. 4. & ſeq. T. 3. cap. 1. 2. coll. Egenolfi hiſt. cit. P. 2. p. 22. (*q*) in Introd. p. 47. (*r*) operoſa, ſane, argumentorum oppido veriſimilium conquiſitione in Atl. T. 3. pp. 26. 37. 48. item c. 13. toto, coll. Introd. mea pp. 111. 121. 181. 209. 183. nec non Schediaſmate ms. de origg. Phœnicum.

nihil immutatis, quasdam addiderant ipſi; tres nimirum aſpiratas Θ, Φ, Χ, totidem duplices Ζ, Ξ, Ψ, & duas vocales longas Η, Ω. (s) Ex noſtro, certè diagrammate Harmonico non minus, quam ex ipſis Ebræorum monimentis, clariſſime pateſcere poterit litterarum in vtraque gente vltima antiquitas & integritas, quam præterea HYPERBOREORUM MAGOGITARUM remotiſſima ac celeberrima memoria apud ipſos PHOENICES ſ. Tyrios, AFROS ſ. Carthaginenſes, & GRÆCORUM nobiliores Athenienſes, Delios, Cretenſes, rite ſatis ſtatuminat; quorum quippe ſinguli, INSULAM, quæ GENTIBUS noſtris mox fere a diluvio contigit, OGYGIAM, ATLANTICAM, BASILIAM ſ. BALTHIAM, THULEN (en! quot nomina tot encomia, SCANDIÆ certiſſime competentia) antiquiſſimis temporibus petere, inviſere, ſoliti erant. (*)

(τ) HEUMANNUS (t) de VOCALIUM ANTIQUITATE hæc candide ſcripſit: facile intelligitur, quia vocales ſeparatim pronuntiari poſſunt, earum ſigna PRIUS excogitata fuiſſe, quam CONSONANTIUM. Vnde facile concedo, antiquiſſimos EBRÆORUM non caruiſſe vocalibus. At non ea habebant SIGNA vocalium, quæ a Grammaticis diu poſt inventa hodie quoque vſurpantur, ſed

[illegible] erat

(s) confer diſſert. doctiſſ. Anonymi (forte *Boubierii*, quem nominat Heumannus in Conſp. Reip. litt. p. 33) de priſcis Græcorum Romanorumq; litteris, quæ calci Palæographiæ Montefalconianæ ſubnexa eſt. Vbi *ætas litterarum Græcarum Chiliade longe prior* probatur, h. e. *diluvio Deucalioneo æqualis*, quod ſane *Noachideo* reſpondet, cfr. Voſſii Orig. Idololatriæ L. 1. p. m. 141. ſq. præcipue *Luciani* Timonem, item Introd. noſtr. pp. 109. 175. ſq. 179. add. Petiti obſerv. p. 149. Salmaſii nott. ad conſecrat. templi in agro Herod. Att. p. m. 49. Rudb. T. 1. c. 38. T. 3. p. 10. ſeq. Elſingii hiſt. linguæ Græcæ, & Eurenii diſſert. Vpſ. de Græcarum litterarum & runarum antiquitate & origine. (*) cfr. Introd. pag. 127. ſeq. & alibi paſſim. (t) L. c. pag. 32.

א erat A & E, י I, ו O & U. vid. VITRINGA Obſervv. Sacr. L. 1. diſſert. III. c. 2. §. 4. & 6.

§. IX.

Sed his obiter, quamquam longiuſcule, perceniſitis, ex præcedentibus §§. ſatis pateſcere arbitror, fruſtra omnino laborare diſſentientes, dum pro defendenda ac retinenda ſcriptura [illegible] TH, ad Islandorum & medii ævi ſcriptorum provocare velint pronuntiationem ac auctoritatem. Quin omnibus ac ſingulis rationibus probe computatis, mentem meam rotunde edicam; quod nimirum, aut runa þ, vt majorum noſtrorum, h. e. genuinum runographorum tempore, quod, ſane, longiſſimum fuit, vſum obtinuit haud ſpernendum, ita & a nobis retinenda ſit, præſertim cum facilior ejus habeatur ſcriptio, quam [illegible] TH, quem tamen pronuntiandi ſcribendive modum, tanquam mere litteralem, & præter ſolum litteræ T ſonum, nil amplius valentem, jam ipſis noſtris majoribus inuſitatum fuiſſe, rite, vt opinor probavi; aut ſi omnino T in pronominibus ſæpedictis & cognatis, retinendum fuerit, tamen H plane eliminandum

ſit,

ſit, vel ideo maxime, quod SUPERFLUA QUÆQUE, TANQUAM NULLIUS VSUS, SEMPER FUGIAT SAPIENS. (ρ) Qua & ego perſuaſus ſententia ſapientum quorumcunque, probatius eos facere exiſtimo, qui τοις THET & TU migrare juſſis, DET & DU ſcribant, quemadmodum clare pleneque omnes loquuntur; ſuffulti adeo, vt initio hujus ſcriptiunculæ dixi, LUCULENTÆ ANTIQUITATIS ET SUCCINCTÆ ELOCUTIONIS TESTATISSIMO PATROCINIO.

(ρ) Mireris, B. L. ipſos Ebræorum GRAMMATICOS fateri, quod litteræ QUIESCENTES, ſæpe excludantur ſ. omittantur, quia ſonus earum inter legendum non audiatur; in cuius rei gratiam non tam Ebr. אחאב vel אחב apud Jerem. XXIX, 21. 22. quam multas alias voces poſſem proferre, ſi otium ſuppeteret. Cfr. tamen HILLERI Onomaſticon pp. 416. 426. ſeqq. 445. ſeq.

APPEN-

APPENDIX PRIOR

Siſtens

Quorundam Iſlandorum ſententias de runæ þ pronuntiatione, collectas a GUDMUNDO OLAVI Regio olim Hyperborearum Antiquitatum Translatore, in Lexico lingvæ Islandicæ ms.

D, Littera (Latina) quoad antiquam Arctoi orbis linguam, adulterina eſt, cujus tamen vsus eſt FREQUENTIOR & VETUSTIOR, quam præcedentis C, quod denominationes obſcuriores in Skalldæ TUIDEILUM, TRIDEILUM, & NIDEILUM luculenter probant. Nam longe COMMODIUS & ad GENIUM PRISCÆ LINGVÆ PROPIUS ACCEDENS ELEMENTUM EST. Defectum hujus litteræ, duæ aliæ, quæ inſuper peculiarem poteſtatem hodieque obtinent, þ ſcilicet & T, olim ſupplevere, & quidem minus congrue; HÆC ſemper ab INITIO, ILLA vero in FINE vt plurimum, VTRAQUE autem PROMISCUE in medio & nonnunquam in fine dictionum. Quod præter Lexicon Runicum Cl. D. WORMII, quod þ loco D ab initio vbique ponit, membranæ atque monumenta (a) ſatis clare teſtantur, & inprimis ms. Legum

(a) Tam in membraneis, quam lapideis, quibuscunque vetuſtioribus monimentis, runam þ vicem τῦ D vbivis obtinere, niſi quod eædem litteræ nonnusquam, per oſcitantiam, cum T confundantur, jam in opuſculo noſtro paſſim oſtendimus, id quod amplius ex

gum Gothlandicarum, vt cippos innumeros taceam. E. G. ÞROTTINN pro DROTTINN, dominus; ÞRÓTT pro DRÓTT populus, item ſuperliminare; ÞÁGUR pro DÁGUR dies; ÞRÁP pro DRÁP cædes; ÞRÓS pro DRÓS mulier; ÞUR pro DYR pretioſus; item fores. Quam vero incommode ita ſcriptum ſit, in hiſce ſequentibus elucet: ÞUR pro DYR ſomnus, ſopor; ÞUR etiam aridus, vel ſiccus; ÞÁD vel ÞÁÞ pro DÁD virtus; ÞÁD gratis accepta vel acceptum; ÞAÞ, ÞAT vel ÞAD illud; quæ & ſimilia hoc modo confuſe exarata, neque a lingvæ mediocriter perito facile diſcernuntur. Igitur neceſſario & ſatis convenienter, hanc litteram adjecerunt recentiores runographi (*b*) præſertim in quibusdam verbis,

ipſorum monimentorum genuina lectione quivis linguæ Scando-Gothicæ (quæ nonniſi runis Þ. & ✝ ſeu ᚦ. vt oppoſitis gaudet) aliquam obtinens cognitionem, facile eſt deprehenſurus.

